Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Questiones quotlibetice

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461980



Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek*
- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

This book has been digitized as part of the Incunabula project.

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:
https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)*
- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

tum circulare in ania qũ ipa ab exteriorib
introeuns ad seipaz. z cessante etiã omni dis
cursu rõis. reductis ôib rõnib aĩe ad sim
plice ꝓtemplatione veritatis. ꝑtermissis oi
bus. vniformiť in sola dei ꝓtemplatõe psi
stit z ħ est qd dicit. Deide sicut vniformis
facta. vnite. id est vniformiter vnitis virtu
tib. ad pulchrũ z bonũ manuducit. Ho
tum aũt rectuz ponit in ania. scõm ħ q ab
exteriorib sensibilib. pcedit ad intelligibi
liũ cognitione Notũ aũt obliquũ ponit ĩ
ea simiľ et recto z circulari opositũ. scz ꝓ
ut illuminatõib diuinis ratiocinãdo vtiť
Quia tñ vis intellectiua mlto altior est in
angelis. q̃z in hoĩe. ideo alio mõ Dyonisius
hos motꝰ assignat in angelis z in ania. sz ħ
nõ est ad ꝓsens tractandũ. Hz etiã Rich.
li. de ꝓtemplatõe multas ponit alias diffe
rentias motuũ. ad similitudinẽ volatiliuz
celi. quãꝫ quedã nũc ad altiora se attollũt
nũc ad inferiora demergunť. Alie dextror
sum vel sinistrorsuz diuertũt. quedã vero
in anteriora vel posteriora mouenť. alia ve
ro q̃i in giꝫ vertunť. quedã aũt q̃i imobiliť
vno loco manẽdo suspendunť. Nec antez
differẽtia scõm sursuz. deorsuz dextrorsuz
sinistrorsuz. aũ z retro. z scõm diuersos cir
cuitus. oĩs ꝓtinenť sub motu recto vl ob
liquo. Nã per omes designať discursus ra
tionis. qui fit a genere ad speciez vel a toto
ad partẽ. erit vt ipe exponit. scõm sursum z
deorsum. Si vero sit ab vno opositoꝫ in
aliud. erit scõm dextrorsum z sinistrorsuz.
Si vero sit a causis in effectꝰ erit ante z re
tro. Si aũt sit per accedẽtia que circũstãt
rem. ꝓinqua vel remota erit circuitus Dis
cursus aũt rationis quãdo est a sensibilib
ad intelligibilia scõm ordinẽ naturalis ra
tionis. ꝑtinet ad motũ rectũ. quãdo aũt si
mul scdz illuminatões diuinas. ꝑtinet ad
motũ obliquũ. vt ex dictis patet Bola au
tem ĩmobilitas q̃ ponit. ꝑtinet ad motũ
circulare. Unde patet q Dyonisius mul
to suff. cientꝰ z vtilꝰ motus ꝓtemplationis
distinguit z describit.

¶ Ad quantũ gradũ visionis diuĩe cẽn
tie. ꝓtemplatio eleuať.

¶ Capitum nonum.

Sed iam inq̃rendũ est ad quantuz
gradũ visionis diuine essentie in
hac vita ꝓtemplatio eleuť. Qei
ad eiꝰ clarã visionẽ ñ se extendat testať Gre
gorꝰ super Ezech. vbi ait. Quãdiu in hac
mortali carne viuiť. nullus ita in ꝓtempla
tionis ꝓrute pficit. vt in ipo incircũscripti
luminis radio. mentis oculos figat. Sed
sciendũ est q sicut Augustinꝰ dicit. iij. sup
Genesim ad litterã Nemo viuens deũ vi
dit. ista vita qua mortaliter viuiť ĩ istis sen
sib corporis. sed nisi ab hac vita qui q̃z qd
ammodo moriať. siue omino exiens a cor
pore. siue alienatꝰ a corporalib sensib. in illã
nõ subuehiť visionẽ Sic ergo dicendũ est
q in hac vita potest aliquis esse dupliciter
Uno mõ scõm actũ. in quantũ scz actualiť
vtitur sensib corpis. z sic nullo mõ con
templatio ꝑsentis vite. potest ad clarã visi
onẽ diuine essentie ꝑtingere Alio modo ꝑ
quis esse in hac vita potentialiť z nõ scõm
actũ. in quãtũ scz ania eiꝰ est corpori mor
tali ꝑiuncta vt forma. ita tamẽ q nõ vtitur
corpis sensib. aut etiã imaginatõe sicut ac
cidit in raptu. z sic potest ꝓtemplatio huiꝰ
vite ꝑtingere ad visionẽ diuĩe essentie. Un
de supremꝰ gradus ꝓtemplatõis ꝑsentis vi
te est. tale habere visionẽ qualẽ habuit pau
lus in raptu. scõm quẽ fuit in medio modo se
habens inter statũ ꝓsentis vite z future.
Per hoc aũt q Jacob dicit. Uidi dõm fa
cie ad faciẽ. z salua facta est ania mea Gen.
xxxij. nõ est intelligendũ q dei essentia vide
rit. sz q formã scz imaginariã vidit. in qua
deꝰ est ei locutus. Uel q ꝑ faciẽ aliquid co
gnoscimus. faciẽ. eius cognitionẽ vocaniť
sicut glosa Gregorij ibidẽ dicit. Et tõ etiã
Greg. in. ij. dialogorũ dicit. Anime
am cũ Greg. in. ij. dialogorũ dicit. Anime
videnti deũ creatorẽ. angusta est omis cre
atura. Utr ergo dei scz beatꝰ Benedictꝰ q̃
intrare globũ igneũ. angelos quoq̃ ad ce
los redeũtes videbat. z ħ pculdubio cerne
re nõ nisi in dei lumĩe poterat. Et hũs ver
bis Gregorij nõ dať intelligi q beatꝰ Be
nedictus deum in illa visione ꝑ essentiam
viderit. sed vult ostendere q quia videnti
creatorẽ. angusta est omis creatura. conse
quens est q ꝑ illustrationẽ diuini luminis
de facili possint quecunq̃z videri. Un sub
dit. Quantũlibet eiꝰ paz de luce creator
aspexerit. breue ei fit oĩ qd creatũ est.

¶ De raptu ex ꝓtemplatione.

¶ Capitulũ decimũ.

Quia de raptu qui ex ꝓtemplatõe
sequiť. iã aliqualiter tactũ est. de
eo specialiter tractare ꝓuenit. Et

primo quid raptus sit. z in qua vi seu potẽ
tia anime ꝓsistit. Raptus aũt a quibusdaz
diffinitur ab eo qd est scõm naturaz in id
qd est supra naturã. vi superioris nature e
leuatio. z sic raptus violentiã quandã im
portat. Unde super illo verbo apostoli. ij.
Chor. xij. Scio hominẽ in xpo raptũ vs
q ad tertiũ celũ dicit glosa. raptũ id est cõ
tra naturam eleuatum. Sciendũ ergo q
aliquid potest violentari dupliciter. Uno
modo quantũ ad finẽ inclinatiõis. sicut si
lapis qui naturaliter inclinať ferri deorsũ
piciatur sursum. Alio modo quantum ad
modũ tendendi. sicut si lapis velocꝰ piciať
deorsuz q̃z sit motus eiꝰ naturalis. Sic igi
tur anima homis dicit rapi in id qd est cõ
tra vel ꝑter naturã. Uno modo quantum
ad terminũ raptus vt cũ rapitur ad penas
scõm illud ps. Ne quando rapiatz nõ sit q̃
eripiat. Alio modo quantũ ad modum ho
minis ꝓnaturalẽ. qui est vt per sensibilia in
tur a sensibiliũ apprehensione. dicit rapi. et
sieleuať ad ea ad que naturaliter ordinať.
dũ tamẽ hec abstractio nõ fiat ex motu vel
inclinatõe nature. sicut accidit in sompno
naturali. qui ꝓprie ñ potest raptꝰ dici. Nec
aũt abstractio potest ex triplici causa ꝓtin
gere. Prima ex causa naturali z corporali.
sicut patet in multis. qui ꝓpter aliquã infir
mitatẽ alienationẽ patiunť. Secundo ex
Tertio ex virtute diuina. z sic loq̃mur nũc
de raptu. put scz quis diuino spiritu eleua
tur ad aliqua supnaturalia. cũ abstractiõe
a sensib scõm illud Ezech. viij. Spiritus
eleuauit me in visionib dei. Unde licet na
turale sit homini vt in diuina tendat. scõm
illud Augustini ꝑmo ꝓfes. Fecisti nos do
mine ad te. z inquietũ est cor nostrũ donec
requiescat in te. tamẽ iste modus q quis ad
diuina eleuetur cũ abstractione a sensibus
nõ est homini naturalis. sed q ad ea ꝑ sensi
bilia deducatur scõm illud apostoli. Inui
men huiusmodi raptus omino ꝓtra natu
ram. sed ꝑter vel supra facultatez nature
quia ad dignitatẽ hominis qui ad imagi
nem dei factus est naturaliť pertinet. q in
excedẽs humanã facultatẽ. indiget homo
beneficio gratie. vt supernaturaliter ad il
lud bonũ capescendũ adiuuetur. Ideo ei
necesse est quantũ ad ea que excedunt suaz
facultatem. vt quadaz fortiori operatione
eleuetur. Et hic est raptus qui quantũ ad
aliquid potest dici violẽtia seu coactio. scz
si attendatur operationis modus. non au
tem si attendatur operationis terminus. ĩ
quem natura hominis z intentio eius or
dinatur.

¶ Ad quam vim anime raptus pertine
re videatur.

¶ Capitulum vndecimũ.

Sed iam videndũ est ad quã potẽ
tiam anime. cognoscitiuaz scilicet
vel affectiuã. raptus magis perti
neat. Unde ꝑmo sciẽdũ est q de raptu du
pliciter loqui possumus. Uno modo quã
tum ad id in quod aliquis rapiť. z sic ꝓprie
raptus nõ potest pertinere ad vim appetiti
uam sed solum ad cognoscitiuam. quia di
cum est q raptus est ꝑter ꝓriã inclinati
onem illius quod rapitur. Ipe aũt motus
appetitiue virtutis est quedã inclinatio in
bonuz appetibile. Unde ꝓprie loquendo ex
hoc q quis appetit aliquid nõ rapiť. Uno
modo potest ꝓsiderari raptus quantuz ad
suã causam. z sic potest habere causaz ex p
te appetitiue virtutis. Ex hoc nanq̃z q appe
titus ad aliquid vehementer afficiť potest
ꝓtingere q ex violentia affectus. homo ab
omnib alijs alienať. Habet etiã effectum
in appetitiua virtute. cũ scz aliquis delecta
tur in hijs ad q̃ rapitur. vnde z apostolus
nõ solũ dicit se raptũ ad tertiũ celũ. qd per
tinet ad ꝓtemplationẽ intellectus. sed etiã
in paradisum qd etiã pertinet ad delectati
onem affectus. Preterea notandũ est q ra
ptus addit aliquid supra extasim. Nam ex
tasis importat simpliciter excessuz a seipo
Unde super illo verbo ps. In te dñe spe
raui dicit glosa. Extasis grece. latine dicit
excessus mẽtis. Sed raptus super hoc ad
dit quandã violẽtiã. ideo potest extasis ad
vim appetitiuã pertinere. scilicet cũ alicuꝰ
appetitus tendit in ea que extra ipm sũt. Et
scõm dicĩ ħ Dyonisius q extasim facit diui
nus amor. in quantũ scilicet facit appetitũ
hominis tendere in res amatas. vnde po
stea subdit. q etiã ipe deus per habundan
tiã amatiue bonitatis. extra seipm fit per p
uidentiã ad omia existentia. Sed iterũ sci
endum. q homo dupliciter potest scõm ap

RARIORA
folio

F. fol.
222

Cm


199
Cm

Cm


Cm

Universiteitsbibliotheek Utrecht
N. 172. B.

Questiones Quotlibetice: Excellentissimi viri: artium: ⁊ sacre theologie professoris lõge celeberrimi M. Hadriani Florentii de Traiecto: Prepositi insignis ecclesie sancti Saluatoris Traiectensis: atq; preclariss. academie LOVANIENSIS CANCELLARII

Iussu, mandatoq;. D. Max. Aug. eiusq; nepotis Illust. Caroli Aust. Clariss. D. Cãcel. aiũni: qsqs es, nobilis, plebeie: Impressor, mercator, mercenarie, hũc librũ intra eorũ ditiones quadrienniũ ne imprimito, neue impressũ vẽdito. si qs huiusce iussionis ergo aduersus ierit, fecerit ve, pœnas statutas pendito, impunitatẽ ne sperato, sin spaueris, prorsus frustrator.

Venundãtur Louanii e regione Scholæ Iu. Ciui. in ædibus Theodorici Martini Alustensis: qui exactissima diligentia, maioribusq; q̃ credatur, impensis, primus ad archetypos impressit.:.

ACADEMIA RHENO TRAJECTINA

¶ Reuerendo in Christo patri: D. Menardo viro: Abbati insignis Monasterii Hæcmūdēsis: Patrono suo beneficentissimo. Martinus Dorpius Theologus. S.

Multis iam annis religiosiss. pater, studiosi meis auribus quotidie pene dixerim opplorauerunt/ Ecqn Dorpi: fructuosissimæ q̄stiones p̄clariss. D. Cancellarii Louanien prodibūt? Quoad que sumus miseri desyderio fraudabimur nr̄o? Ecqd iis posthabitis: ethnica etiā: ac pphana plū occupent? His p̄cibus: nec vlla allectus spe lucri: seria mea studia: mihi qdē auro: gēmisq; chariora: se posui tātisp: dū sūmo labore: & acri iudicio hūc librū castigarē: adhibitis vno & altero laboq; socciis: q primas: adhuc rudes: schedas repurgarēt: vt quas illi forte p̄teriissent latētiores vepres: ego resecarē. Sed neq; mihi sum vni innixus/qn vbi exēplaria: quotquot crāt: deph̄ēderē mēdis scatere: adii p̄sidiū meū: ac huius celeberr. academiæ ornamētū & Vicecācel. M. Ioānē Atheñ. artiū & sacræ theologiæ pfessorē: ingeniosiss. dixerī: an humaniss.? q & ipse p̄cibus: & qua valet grā a D. Cācel. obtinuit/vt has tā raras merces patereē publicari/meq; idētidē adhortatus est: & impulit (qd eīn negē p̄ceptori?) vt eaq; castigādi puinciā susciperē: quo tā excellēs: tāti doctoris opus: ī manus hoīm exiret q̄ēmēdatiss. Hūc itaq; adii/hūc cōsului: huius sniam: sicubi nodus incidit (quod qdē cōtigit psepe) sum secutus. Ipse vero nō est grauatus quouis tpe, vel intēpesta nocte, suā opā, simul atq; expetereē: accōmodare. Porro eius quoq; hortatu: ac iussu/hāc p̄ciosam margaritā: q busuis vnionib? potiorē: tuo nomini dico: ac nuncupo pater ornatiss. q̄ te vnū videamus: in hiis regionibus: inter tā multos: opulētiss. q̄ ecclesiæ primores: q inuiolatæ religioni amorē copulaueris dīnæ legis: q̄q theologoq; studiis/vti ab oībus (sīnt mō synceri Christiani) lōge saluberr. cēsenē, ita multo quoq; cādidiss. faueas: neq; id verbis tm̄: sed re ipsa: quod eqdē iterū: atq; iterū pensū: senserūt & alii theologi cōplures: ac plurimi posthac auspice deo: sūt feliciter sensuri: Cui? rei argumētū est. q̄ annos abhīc duos: prudētiss. dixisti/te nulli vnq̄ dñici gregis curā cōmissurū: q nō sit doctrina idoneus: vt vel sacræ theologiæ, vel iur̄ cano. Licētiat? fiat. O vocē aureā: & salutarē: ac Hollādicæ religionis antistite dignis. Hāc ego quū audirē: gestiebā lēticia: cor in pectore saliebat. Hāc ego plausibiliter passim: vti p̄co/pmulgo: vt videāt hoīes opa bona/& deū glorificēt. Ergo ī te vnū bñficētiss. patrone: sacræ theologiæ studiosoq; oculi respiciūt: in te sua vota cōuertūt: te sibi pollicētur eū fore: q quū dei benignitate possis: etiā velis sacrarū lr̄arū studia bñficiis fouerē: & nutātia alioq: in fastigiū erigere. Et o si te emulētur aliquot in hac regiōe ecclesiæ antistites. atq; p canib?/& accipitrib?: p̄cones sc̄ī euāgelii: ac Christi ad populū legatos enutriāt. Sed heu me: heu miseros eos: q nō religiosos āgūt: sed caballis stipati Cæsaris triūphos nobis referūt: quos satius foret humi repe: q̄ ad inferos eqtes ppare: ni pedites timeāt/seri? illuc puenire. Cæterū hīs valere iussis: tu clariss. pr̄: hūc librū gratāter accipe. quo multis sæculis null? edit? est singularis eruditionis plenior: id quod facile credes/si auctorē eius ppēdas. primū illud: nō dico nugacis poeticæ: sed phīæ: sed sacrosanctę theologię: sed iur̄/Cano. dicā/an Ciuil?: certe vtriusq; lumē. M. Hadrianū Florētii Cācel. nr̄æ academię. Ecqs enī in syncera: & pho digna dialectica hoc vno argutior? qs naturę miracula nouit explorati?. Porro: vt theologiā interī subticeā: in qua nemo herbā ei (vti puerbio dicit) nō porrigit: qs q̄so vtriusq; iuris cōsultior: qs moralis phīæ tenacior: qs ęqtat̄ (vt ita dicā) lesbię psicacior? hiis reb? videlicet fetm̄ est: vt quū supmū dignitatis fastigiū ei? virtutib? academia nr̄a asseruisset: neq; haberet illa: quod āpli? cōferret: cui ampli? multo esset debitū: tū demū preciosiss. ille: tot regnoq;: tot puinciarū thesaurus: eius fidei: atq; institutioni creditus sit: Carolus Austrius: Hispaniarū princeps. quo nihil sol videt illustrius: nihil augustius: nihil ditionū opulētius. Idq; factū citra vllā/vel leuiss. ambitionis notā: decernētibus nobiliss. principibus diuo Maxi. Aug. atq; huius filia clariss. heroina Margareta: approbāte nobilitate: postulātibus optimatibus/acclamāte plæbe: vt a quo principe tā innumerabilis populi salus pēdet: is a tali viro institutus: dignus euaderet maioq; imaginibus: tot imperatoribus: tot regibus. tot fortissimis ducib?: ac tātarū rerū successiōe: hoc est: vt Alexādro Magno ditionib? maior. nō minori Aristotele vtereē p̄ceptore. Sed qd tā multis laudo: quē vno ore oēs probi absentē laudāt: pnte oēs stupētes suspiciūt. Huius itaq;/extra oēm ingenioq; aleā viri: hoc diuinū opus: bñficentiss. patrone: singularis loco muner̄ accipe: & theologos tuos (nā eos cōmēdo: nō me) liberalitate: auxilio: bñficiis foue. Vale/Louanii. ex Lilianoq; Gym. IX. kl̄. April̄. An. a ptu Virg. M. D. XV.

¶ Quotlibetica questio prima eruditissimi viri Mgri nostri Mgri Hadriani Florenty de Traiecto sacre Theologie professoris Excellentissimi Prepositi insignis Ecclesie sancti Saluatoris Traiecten. ac Louanien sis study Cancellary dignissimi. Anno a salute humana. 1488. in scolis artium eiusdem study ab ipso disputata.

Arum propter scandalum vitãdum in proximo: liceat alicui contrauenire voto vel iuramento a se p̃ us rite facto:

Cuius questionis profunditatem dum tacitus dimetior: ac discutio: ⁊ quanta eum oporteat sapientia esse preditum qui tam doctissimorum virorum expectationi etiam ad minimum satisfacere possit: vehemẽter exhorreo onus subire tam arduum viribus meis longe impar vbi sub fasce antea ruendum mihi sit/ q̃ leuandum. Temerarium enim est velle docere quempiam: que nondum plene didicerit Judicare de alys ipsum ab oibus iudicandũ quo fieri solet vt magister fiat erroris: q̃ nõ plene discipulus fuerit veritatis. 24. q. 3. q̃d autem iniquius. Quomodo etiam sermonem suum sale condire poterit in gratia: vt cuiq̃ quemadmodum oportet loquatur: qõ ad Colossenses vltimo monet Apostolus/ qui ignorantie circumfusus nebulis nec ipsum sal videre sinitur: quo alia condire monetur. Quoties autem salis condimento neglecto in non opportuno tempore aut non opportuno loco loquimur/ aut non vt conuenit audientibus: sermo malus. iuxta Hieronymi. sententiam de ore nostro procedit: de qua in extremis ratio reddenda erit. 22. q. 5. quotiens. Et quis queso nesciat huic tam preclaro ac dignissimo cetui/ nihil tam exquisitum: tam elaboratum afferri posse: quod nequeat iuste culpari: quid enim adduci poterit: quod non certum manifestumq̃ erit/ aut occultum ac abditum: Si manifestum/ ⁊ neminem latere presumatur: vt cibus cõmunis erit fastidio. si occultum ac abditum dicens de eo recte disserere non creditur. Quid igitur mirum patres percelebres ac viri eruditissimi. si rei huiuscemodi immensitatem perhorrescam ⁊ degenerem animũ meum (iuxta vulgatum prouerbium) timor arguat: Ne tamen pyssime matris mee facultatis artium onus semper recusare videar: cuius honorem sua gratia participo ⁊ commodum: quantum potero/ quesitum decidere conabor. Et quia stultum est ante historiam effluere: in ipsa autem succingi. secundi Machabeorum. 2. ad materiam accedo. Primo ostensurus quid sit scandalum. Secundo quid omitti aut fieri debeat ad vitandum scandalum. Et tercio certas obiectiones vt breuius potero expediam. ¶ Pro primo igitur sciendum est: vt dicit glosa Mathei. 15. super verbo scis quia pharisei audito verbo hoc scandalisati sunt: scandalon vt scandalum grece: nos offendiculum/ ruinam vel impactionem pedis dicere possumus: vnde quis scandalisauerit: id est occasionem ruine dederit: ⁊ quia offendiculum ruina ⁊ impactio proprie dicitur in corporalibus/ in spiritualibus autem transumptiue. oportet q̃ spirituale scandalum. (de quo nunc sermonem habeo) dicatur ad similitudinem corporalis impactionis: que solum fit/ cum ambulanti obycitur aliquid in via/ quod ei fit occasio cadendi. nihil autem natum est: facere casum eius qui in via dei ambulat: nisi sit aliquod minus rectum. si enim nullum rectitudinis defectum habeat: potius muniet/ q̃ ad ruinam inclinet. ¶ Ex hoc sumitur a doctoribus hec diffinitio scandali. Scandalum est dictum vel factum minus rectum alteri prebens occasionem ruine: que diffinitio effectualiter ponitur in glosa Mathei. 18. super verbo si manus vel pes tuus scandaliset te/ abscide eum. ⁊c. Unde dicit scandalisat: qui verbo vel facto minus recto: occasionem dat ruine. ¶ Contra hanc diffinitionem multipliciter instatur. ¶ Primo sic/ omne minus rectum est rectum/ cum comparatiuus presupponat positiuum/ sed nullum scandalum est factum vel dictum rectum: cum semper sit peccatum ergo. ⁊c. ¶ Secundo. Aliquod est scandalum passiuum (puta spiritualis ruina proximi ex dicto vel facto alterius) ⁊ illi non competit descriptio. ergo. ⁊c. ¶ Tertio Numeri. 31. super illud vlciscere prius filios Israhel de madianitis dicit glo. scandalum est: quando recte ambulanti deceptio submittitur ad ruinam: sed non semper per factum vel dictum minus rectum decipimus eũ/ quem ad peccandum inducimus/ cum quandoq̃

fit sciens ⁊ consentiens in peccatum. scienti autem ⁊ consentienti nō fit iniuria neq; dolus. de reg. iu. libro sexto. scienti. ¶ Quarto Peccato cordis potest quis alium scandalisare prebendo ei occasionem ruine: sed illi non conuenit dicta descriptio. ergo. ⁊c.

¶ Quinto facto bono ⁊ recto potest quis alium scandalisare. ergo non est de ratione scandali: q̃ fit minus rectum siue habens defectuz rectitudinis. Antecedens patet de illo verbo Christi: nisi manducaueritis carnem. ⁊c. quo multi etiam ex discipulis Christi scandalisabantur ⁊ abierunt retro. Et q̃ scandalisauit eos/ patz: quia legitur eis Christus dixisse: hoc vos scandalisat: si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. ⁊c. pro illo etiam est illud Esaie octauo. vbi de Christo dicitur/ erit in lapidem offensionis/ ⁊ petram scandali. Nefas autē est cogitare vel dicere: q̃ aliquod dictum vel factum Christi fuit minus rectum: per defectum rectitudinis. ergo facto bono ⁊ recto potest quis scandalisare. ¶ Ad hec respondeo: Primo ad primum: q̃ minus rectum in diffinitione scandali non dicitur per comparationem proprie dictam/ vt idem sit quod rectum / quo est aliquid rectius. Sed abusiue per priuationez rectitudinis. vt sensus sit/ minus rectum/ id est deficiens a rectitudine. ⁊ hoc semper est malum. dicitur tamen potius in diffinitione minus rectum: q̃ malum/ vel peruersum: ad denotandum: q̃ scandalū non solum reperitur in his que mala sunt ex genere actus: sed etiam in his que secundum se non sunt mala: sed habent mali speciem. Talia enim etiam sunt per se inductiua ad peccatum. ⁊ sic sunt scandala: vt comedere idolothitum: quia habet speciem mali (cum videatur fieri in veneratione idoli) scandalisat infirmos: qui putant ipsum non fieri nisi in venerationem idoli. Hinc quarto Ethicorum dicit philosophus nihil differt: an secunduz veritatem sint turpia vel secundum opinionem: neutra enim operanda sunt. ⁊ sic nec verecundandum. ⁊ Apostolus prime ad Thessalo. vltimo. Spiritum nolite extinguere. ⁊ prophetias nolite spernere: omnia probate/ quod bonuz est tenete: ab omni specie mala abstinete vos.

¶ Ad secundum dico/ q̃ scandalum passiuum non cadit sub diffinito dicte diffinitionis. diffinitur enim solum scandalum actiuum. passiuum vero scandalum: nihil aliud est: q̃ ruina spiritualis quam ex dicto vel facto quis incidit. ¶ Ad tercium dico: q̃ omnis inductio ad errorem est deceptio / siue quis ducatur in errorem intellectus: existimando verum quod falsum est: siue in errorem affectus qui dicitur error morum aut vite: ⁊ sic scandalisatus semper decipitur error vite seu morum: quamuis non semper error intellectus. Et quamuis scādalisans non semper decipit ex intentione proponendo alium inducere ad errorem: semper tamen decipit re ipsa. puta facto vel verbo suo minus recto: quod ex se est inductiuum ad errorem. ¶ Ad quartum dico: q̃ spiritualis obex qui scandalum actiuum dicitur: debet in via ambulanti obyci ad hoc vt scandaliset. quod fit: dum venit in eius noticiaz peccatum autem cordis in noticiam alterius venire non potest: nisi per signa aliqua exteriora/ que in dicto vel facto consistunt. ⁊ sic non scandalisat/ nisi mediante dicto vel facto minus recto. ⁊ hoc est actiuum scandalum. ¶ Ad quintum dico: q̃ scandalum sumitur duplicitur. Uno modo generaliter pro facto vel dicto: a quo per occasionem procedit alterius ruina: siue occasio sit data siue accepta. ⁊ sic bona dicta vel facta bene sunt scandala. Alio modo pro dicto vel facto ex se dante occasionem ruendi. ⁊ sic scandalum dicitur de malis ex genere / vel habentibus speciem mali. Distinctio occasionis date ⁊ accepte innuitur ab Apostolo ad Romanos septimo cuz dicit. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: vbi glo. talis est nostra carnalitas vt ardentius desyderet prohibita: quibus non metuis iaceret quasi sopita: innotescentia enim mandati magis est repressiua ⁊ refrenatiua concupiscentie: quaz inflammatiua. sed per accidens: ex nostra stulticia ⁊ carnalitate que mandato se conformare non nititur: fit vt magis peccemus mandato notis manifesto/ quia seruus sciens voluntatem domini ⁊ non faciens: plagis vapulabit multis. Luce duodecimo. ¶ Et melius erat eis viam iusticie non agnoscere: quam post agnitionem. ⁊c. Quomodo Sapientie .14. dicitur: q̃ creature dei facte sunt in muscipulam pedibus insipientium. Huius similie datur in corporalibus. Ut si volenti transire viam lutosam: supponantur lapides: vt fieri solet/ mediantibus quibus possit transire viam sine defedatione. Talis si nolit aduertere lapides ⁊ ambulando ce-

lum aspiciat:plus forte fedabitur q̃ſ sine la
pidibus: vt si per eos totaliter ruat in lutū
sed certe lapides non dant ei occasionem
defedandi: sed ipse sumit.cum magis sint
ei presidio:vt possit se non fedare/si velit.
Et sic dico de Christo/ q̃ eius dicta vel fa=
cta scandalisabant primo modo: sed non
dabant occasionem ruendi.⁊ sic loquuntur
b doctores de scandalo actiuo. ¶ Dic tamen
aduertendum est q̃ licet factum bonum/
quod nullam speciē mali habet:nunq̃ſ sit
actiuum scandalum/ bene tamen est pecca
tum aliud/si fiat tempore quo illud omit=
tere teneor/ad vitandū passiuum scanda=
lum proximorum.verbigratia.sit princeps
terre nō habens legittimum heredem/qui
si ingrediendo religionem deserat terras
suas: erit malis libertas auertendi pluri=
mos ex subditis suis a vera Christiana fi=
de/ad infidelitatis errorem.talis nisi omi
tat/vel saltem differat ingredi religionem:
peccat illo facto bono.sed non fit tunc hoc
factum bonū bene.⁊ sic simpliciter est ma
lum:ex temporis circumstantia. Unde vt
dicit Dyonisius.4. de diuinis nominibus
bonum est ex integra causa:malū vero ex
singulis defectibus. Et Philosophus scō
Ethico.circa diffinitionem virtutis/q̃ di=
rigere.id est bene agere vnice contingit.id
est tantum vno modo: peccare vero multis
3 modis/ex quibus clarum est:actū dici ma
lum/ ex cuiuscunq̃ circumstantie debite de
fectu. ¶ Ex istis infero correlarie q̃ omne
scandalum tam actiuum quā passiuum est
peccatum. De passiuo certum est/ quia ni=
hil aliud est scandalum passiuum:q̃ spiri=
tualis ruina proximi.ex dicto vel facto ali=
cuius.De actiuo probo. Primo per diffini
tionem scandali actiui/quia est dictum vel
factum minus rectum. ⁊c̄. Secundo quia
vt dicit Glo.numeri.31.grauius peccatum
est dare peccati causam:q̃ peccare.sed scan
dalisare est dare peccati causam.ergo. Ter
cio quia peius est ledere aliquem in bonis
anime:q̃ fortune vel corporis.vt patet 9.q
.1. ex merito plebis ⁊ c. deteriores.sed le=
dere alium in bonis fortune vel corporis/
sine dubio est peccatum.ergo etiam ledere
alium in bonis anime:quod fit per scan=
dalum actiuum. Hinc dicit Hieronimus
in Michea/qui de suis asseclis.i.seruitori/
bus ordinant/vitam eorum in scandalum
populi exponentes: rei sunt infidelitatis
eorum/qui scandalisantur.1.q.1 Hy quos=
cunq̃ de asseclis.⁊ ibidem c.placuit. Si qui
propter exactionem ministrorum a bap=
tismate se substraxerint (⁊ idem iudicium
est de alys sacramētis)necesse est vt ab his
perditio eorum requiratur:quorum spolia
pertimescentes/a baptismi gratia se subtra
xerunt. Quarto patet idem auctoritate chri
sti:Mathei.18. Qui scandalisauerit vnum
de pusillis hijs: expedit ei vt suspendatur
mola asinaria in collo eius: ⁊ demergatur
in profundum maris. Glo. quia melius est
pro culpa breuem suscipere penam:q̃ eter/
nis seruari cruciatibus.hoc nō procederet:
nisi scandalum actiuum esset peccatum.
¶ Contra istud correlarium insto tripliciter.
Primo sic. Nulla peccata eueniunt ex
necessitate/ sed scandala eueniunt ex neces
sitate. Juxta illud Saluatoris.Mathei. 18
necesse est vt veniant scandala.ergo. Ma=
ior patet. quia secundum Beatum Augu=
stinum. Peccatum adeo voluntarium ma
lum est.vt nisi sit voluntarium/non est pec
catum.que sententia adeo vera ⁊ manife=
sta est/vt nulla huic doctorum paucitas: nul
la indoctorum turba dissentiat.15.q.prima
in principio. Et vasis ire deus non inferret
interitum:nisi spontaneum inueniretur ho
mo habere peccatum.23.q.4. nabugodo=
nosor/ergo nullum peccatum euenit ex ne
cessitate. Secundo sic. Nullum peccatum
procedit ex pietatis affectu/nam vt dicitur
Mathei.7. Non potest arbor bona fructus
malos facere:sed aliquod scandalum pro=
cedit ex pietatis affectu.ergo. Minor pro=
batur quia super illud saluatoris Mathei.
16.dicentis petro.scandalum mihi es/dicit
Hieromynus. Error Apostoli de pietatis
affectu veniens:nunq̃ſ mihi incentiuum vi
detur esse dyaboli. ¶ Tercio sic. Scandalū
dicit impactionem: sed non quicunq̃ im=
pingit cadit/ergo scandalum quod est spiri
tualis impactio:potest esse sine peccato siue
casu spirituali. ¶ Ad hec dico. Primo ad
maiorem prime obiectionis/q̃ licet nullū
peccatum euenit:ex necessitate absoluta/be
ne tamen ex necessitate conditionata. Ex
tribus conditionibus scilicet diuine presci/
entie/aut prenunciationis.conditione no=
stre carnalitatis.⁊ conditione vtilitatis in/
de proueniētis. quomodo dicit Apostolus
prime ad Corinthios.11. Necesse est here=
ses esse:vt qui probati sunt manifesti fiant.
De prima necessitate dicit Chrisosthomus
q̃ tale necesse non destruit spontaneum

potestatis:neq; libertatem electionis.quia
predictio eius scandala non inducit. Non
enim quia predixit futura sunt:sed quia fu
tura sunt predixit. ¶ De secunda scilicet
necessitate ex conditione nostre carnalita=
tis:datur simile.sicut medicus videns ali=
quos indebita dieta vtentes/ dicat.necesse
est tales egritudinem incurrere. quod in=
telligitur:nisi dietam mutauerint. Ita simi
liter/de scandalis/necesse est scandala eue=
nire:supple si homines vitam suam carna/
lem continuauerint.. ¶ Ad secundum res=
pondet Beatus Thomas.38.distin.4.⁊.se
cunda secunde .q.43. articulo secundo: q
scandalum sumitur ibi pro quocunq; im=
pedimento prestito alicui in via quam pro/
sequi intendit.volebat enim Petrus/quo/
dam pietatis affectu motus ad Christum/
impedire ipsum:ne pateretur.intendens q
dictum Petri non erat scandalum secun=
dum dictam diffinitionem:quod peccatuz
nominat ¶ Dec solutio multis non placet.
tum quia actus Petri erat error. vt patet
ex verbis Dieronymi allegatis. tum quia
actus bonus/ non tam duram increpati=
onem meruisset:vt ei diceretur/vade retro
me Sathana.adiecta causa/scandalum mi
hi es.quia nō sapis ea que dei sunt:sed que
sunt hominum.vbi Glo.interli.aduersarie
mee voluntatis offendis me:volendo prei
re.sequere potius sententiam meam. Ideo
admitto q dictum Petri/erat peccatum ⁊
scandalum actiuum/quātum in se fuit scan
dalisans.vt vult Ricardus de media villa
in quarto:retrahēdo Christum ab eo quod
ex iniuncto patris ⁊ lege charitatis facere
debuit/licet per ipsum Christus non scan=
dalisabatur. quia peccare nō potuit. ¶ Ad
maiorem igitur rationis dico/ q ibi per ar
borem vt vult Glo.⁊ etiam Lyra: intelligi
tur actus bonus interior. qui non facit fru
ctum malum:id est actum exteriorem ma=
lum. sic autem non erat de actu interiore
Petri:licet processerit ex pietatis affectu.si
cut mendacium obstetricum egiptiarum.
Nec mirum q affectus naturales sine dis/
cretione ⁊ recte rationis moderamine in=
ducant ad peccatum:quia vt dicit Bernar=
dus:zelus sine discretione precipitat. Et se=
xto Ethicorum dicit Philosophus sicut cor
pori forti sine visione moto/accidit falli for
tius/quia visum non habet:ita prediti vir=
tutibus naturalibus/ sine prudentia in via
morum/longius aberrant. Et septimo Ethi
corum cum probat incontinentiam ire mi
nus malam esse/q̃ fit incontinentia concu
piscentie dicit: q sicut veloces ministrorum
ante auditum omne dictum: id est priusq̃
audiant finem precepti excurrunt/⁊ ita in
actione peccant.⁊ canes audito sonitu sta=
tim latrant/non scrutato an sit amicus qui
strepitum facit:ita ira audit quidem ratio=
nem/ sed preceptum non exaudit/id est non
totaliter audit:⁊ properat ad vlciscendum.
Ita similiter zelum habentes sine scientia
⁊ discretione:peccant in actione/licet pieta
te moueantur ad agendum. Hinc ad Ro=
manos.10.dicit Apostolus:volūtas cordis
mei: ⁊ obsecratio fit pro illis in salutem.
testimonium enim perhibeo illis:q emu=
lationem quidem/id est zelum dei habent:
sed non secundum scientiam. ¶ Nec ob=
stat q Dieronymus dicit actum Petri de
pietatis affectu procedentem non fuisse in
centiuum dyaboli. Quia vt dicit Augu=
stinus.sunt qui non solum non vincuntur:
sed vltro se peccato offerunt.nec expectant
tentationem:sed preueniunt voluptatem/
de peni.disti.quinta consideret. Et in libro
de ecclesiasticis dogmatibus. Non omnes
cogitationes nostre male a dyabolo excitā
tur:sed aliquotiens ex nostri arbitrij motu
emergunt. Non oportet igitur omne pec=
catum procedere ex incentiuo dyaboli: vt
pulchre deducit Thomas prima secunde.q
80.articulo vltimo.
¶ Ad tercium dico/ q sicut nullus impin/
git corporaliter/nisi aliquo modo flectatur
a rectitudine:ita nullus impingit spiritua
liter/nisi aliquo modo recedat a rectitudi=
ne spirituali.⁊ talis discessus a spirituali re
ctitudine:semper est culpa ad minus venia
lis.

Sequitur nunc secundus ar ticulus i quo quid omitti vel agi debeat ad vitandum scā dalum inquiritur:.

Secundo videre statui quid omitti aut fieri debeat: ad vitandum scandalum. Propter scandalum vitandū scilicet ne scandalizet: tenetur homo potius omnia tormēta & damna subire/cū actiue scandaliset. melius est enim/omnia mala pati: cū malo consentire. 32.q.5. Ita ne. scandalisare autem vt ex dictis patet: est peccare. ¶ Ad cognoscendum autem quid homo facere teneatur vt A preseruet proximum a scandalo passiuo: pono hanc conclusionē. ¶ Sicut tenemur proximo non inferre mortem corporalem et eum a morte corporali preseruare si possumus: ita & de morte spirituali. Primam partem quo ad hoc q̄ tenemur proximo nō inferre mortem corporalē: probo ex illo mandato decalogi Nō occides. q̄ etiā tenemur primū a morte corporali cū tū possumus p̄seruare. Probabo. primo q̄ hoc tenemur p̄ subuēctionem in facultatibus. Secundo q̄ tenemur ad hoc/repellēdo ab eo iniuriam. Primum probo ex verbo Ambrosij: quisquis pascendo hominem seruare poteris: si non paueris occidisti. 86. distinc. pasce. Et si tempore periculi/quo iustus ad mortem rapitur/plus apud te valeat pecunia tua cū vita morituri: non est leue peccatum. 86. distī. non satis. Non enī grandis differentia est/ letū inferas: an admittas. mortē eīs languēcibus probatur infligere: qui hanc cū possit nō excludit. 83. dist. prouidēdū. vbi gl. īfert/ q̄ medicus ḡtis tenet curare īfirmu/q̄ pl⁹ deb⁹ valet apō eū vita morituri/cū ppria pecunia. 86. dist. nō satis. Et mota questione si īfirm⁹ sit diues/& nihil velit dare medico/ an teneat ipsum/gratis curare/cui nemo cogatur/de suo bñficiū facere. 10.q.2. precarie/ & medicus licite recipit pecuniā. 14.q.5. nō sane: respondet q̄ tenetur eū suis impensis curare. & si conualuerit: repetat. quia vtiliter gessit eius negocium. allegat. ff. de nego. gest. l. pomponius. Ad argumentum vero ex. c. precarie: ibi non respondet/sed in. c. precarie super verbo cogi. ponit tres exceptiones ab illo scilicet nemo cogitur de suo. 2c̄. Primo fallit. 7.q.1. omnis. vbi dicitur qui negant fugientibus & necessitatem patientibus faciendam esse misericordiam ipsum Christum negant: qui est misericordia & veritas. Secundo fallit: vbi aliquis alij prodest & sibi non nocet. allegat. ff. de aqua plu. arcen: in summa. ℣. item varius. Tercio fallit. 86. distinctoē pasce. & hoc seruit proposito/pro exclusione argumenti: q̄ scilicet hic fit speciale. Etiam t. non dicit q̄ nemo cogitur de suo beneficiū facere: sed q̄ nemo contra rationem/& vtilitatem cogitur. 2c̄. Dic autem non est contra rationem: sed ex rationis naturalis dictamine/ & diuine legis precepto. & sic non obstat illud. c. precarie. Et pro hac opinione Glosa multum facere videtur: q̄ tenemur prohibere si possumus eum: qui nititur necare se ipsum 23.q.4. nimium. ¶ Idem q̄ scilicet teneamur per facultatum subministrationem. 2c̄. probo autozitate diuine legis Nam vt legitur Mathei 25. in finali iudicio: dicet Dominus damnandis: discedite a me. 2c̄. esuriui: & non dedistis michi manducare. sitiui: & non dedistis mihi bibere. hospes eram: & non collegistis me. nudus fui: & nō cooperuistis me. infirmus & in carcere: & nō visitastis me. interpretans sibi hec denegata: quando proximis necessitatem patientibus non sunt impensa. Ubi manifeste patz q̄ pro omissione operum misericordie/quibus proximum in vita seruare possemus: eternaliter dānabimur. ergo tenemur. 2c̄. Hinc Jacob. 5. dicitur. Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miseryis que aduenient vobis. diuitie vestre putrefacte sunt/vestimenta vestra a tineis comesta sunt. aurum & argentum vestrum eruginauit: & erugo eorum erit vobis in testimonium/& mādūcabit carnes vestras: sicut ignis: thesaurisatis vobis irā: in nouissimis diebus. Et Ambrosius. Nō minus est criminis/cū habenti tollere: cū possis/& habundās fis/indigētibus denegare. esurientiū panis est: quē tu detines. miserorū indumētū. qō tu reclūdis: redēptio captiuorū: pecunia quā ī terra defodis. Lātorū te ergo inuadere scias bona: cū tis possis prestare quod velis. 47. dist sicut hy. Et Hieronymus. Aliena rapere conuincitur: qui vltra necessaria sibi retinere probatur. 42. distinc. c. primo. ¶ Secundo probo q̄ tenemur ad hanc preseruationem a morte: per iniurie repulsionem a proximo. Primo ex. c. fortitudo. 23.q.3. vbi dicitur. Fortitudo que bello tuetur a barbaris patriam/vel domi infirmos/aut a latronibus socios: plena iusticia est. Etiam qui a socio non repellit iniuriam cum potest: tam in vicio est/ cū ille qui facit. eadem cau. & q. non inferenda. Et ibidem. c. finali dicitur ostēdit propheta nec illos immunes esse a scelere: q̄ piniserūt principibus Christū crucifigere. cū p multitudine timerēt & possent se

a consensu: ⁊ illos a facto liberare/ qui enim definit obuiare cum potest. consentit Vbi. Glosa. hic sumitur euidens argumentum contra illos:qui dicunt q̃ socius non tenetur iuuare socium: nisi habeat aliquam iurisdictionem.

D Nec videtur valere Glo. aliorum ad predictos textus dicendo/q̃ potest/dicit potestatem iurisdictionis.⁊ non virium corporalium: quia sic textus non diceret/ qui non repellit a socio.⁊c.sed qui nō repellit a subdito.⁊c. Item nec exemplum de Moyse seruiret sic Ambrosio ad suum propositum quia Moyses cum Egiptium inferentem Hebreo iniuriam occideret ⁊ absconderet sub sabulo/ nullam erat iurisdictionem assequutus:nec diuina ordinatione nec humana societate:vt videtur ex textu Exodi secundo. Et pro isto facit ca.dilecto de sen. ex.libro.6.vbidicitur. Licet vnicuiq̃ suo vicino vel proximo pro repellenda iniuria: suum impartiri auxilium. Immo si potest⁊ negligit:videtur iniuriantem fouere:ac esse particeps eius culpe. vbi textus videtur solum loqui de potentia corporali:⁊ non iurisdictionis. Et quia ad scire veritatem oportet magis de fonte q̃ de riuulis querere.76.dist.ieiunium.recurramus ad autoritatem diuine legis vnde hy canones originaliter sumpti sunt. Prouerbiorum.24.dicitur Erue eos qui ducuntur ad mortem/⁊ qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses/si dixeris vires non suppetunt/qui scrutator est omnium:ipse intelligit.⁊ seruatorem anime tue nihil fallit/reddetq̃ homini iixta opera sua.vbi manifestum est prophetam solum loqui de potentia virium ⁊ corporalis fortitudinis. Item prime Joan. 3.dicitur. Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem et clauserit viscera sua ab eo/quomodo charitas dei manet in eo: quasi dicat nullo modo. Sed qui videt fratrem suum per iniuriam perimi:cum ei potest sine periculo proprij corporis succurrere:si non subuenit/claudit viscera sua ab eo ergo charitas dei non manet in eo:⁊ sic peccat. Addo notanter cum potest sine periculo proprij corporis:quia ordinata charitate tenetur quisq̃ preferre proprij corporis salutem saluti corporali proximi. nisi proximus fuerit ecclesie dei valde necessarius/ ad salutem spiritualem multorum.quomodo commendãtur prisca ⁊ aquila:eo q̃ ceruices suas pro paulo supposuerunt.ad Romanos vltimo. Itē si nō preseruauerimus ei vitam cum possumus per iniurie repulsionem:non videmur ipsum opere ⁊ veritate diligere vt monet Joan. prima canonica sua.3.c.sed verbo ⁊ lingua. Et quid stultius est dicere/q̃ q̃ tenemur proximo p̃ facultatum subministrationem subuenire:et non per modicam operam nostram.vbi alias iniuste perimeretur. et cuius asinum ruentem sub onere teneremur subleuare. Juxta illud Exo.23. Si videris asinum odientis te:iacentem sub onere:non pertransibis. sed subleuabis cum eo: non ipsum a violenta morte teneremur eripere. Et sciant isti se non habituros de allegationis nitore subsidium.vbi iudicabitur eo teste quo iudice.9.q.3.aliorum. Etiam huius opinionis reperio fuisse illum antiquum glosatorem Juris canonici Joannem. vt patet ex Glo.preallegata:⁊ Glo.c. quante presumptionis.de senten.excom. Nec videtur vale re argumentum quod aly pro se adducunt licitum est pro defensione pecuniam accipere:nec repetitur si data fuerit. pro quo allegant.ff.de do.si pater.5. primum:ergo nō tenetur quis ad hoc:pro quo allegant.ff.de condi.ob tur.cau.l.vlti. Quia lex illa loquitur de illo ad quod q̃s absolute ⁊ pure gratis tenetur.loquitur enim de cōmodatario q̃ reposcenti cōmodatum non vult gratis commodatum restituere ⁊ similibus. Jam certum est quisq̃ pure gratis tenetur commodatum restituere.secus est de istis operibus misericordie:in defendendo vel pascēdo morientem. Quod probo ex c.si quis de furt.vbi dicitur/ si quis per necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria vel vestem aut pecus/peniteat ebdomadas tres.⁊ si reddiderit: non cogatur ieiunare. vbi secundum vnam lecturam doctorum: ⁊ videtur maxime equitatis:quāuis necessitas fuit maxima.si postea pinguiorem fortunam fortitus non restituerit/ peccat. Si vero necessitate cessante/statim restituit: in nullo deliquit. ⁊ non cogitur penitere vel ieiunare. Ex quo concludo ad propositum/ q̃ non teneor pure gratis pascere fame morientem:vel defendere eum qui accipiendo iniuriam:perimeretur.sed possum protestari de mercede mei laboris vel opere/ aut dati repetitione: si ad pinguiorem fortunam venerit. Etiam a patiente necessitatem famis: licite capio pecuniam pro cibo meo/quo eum pasco.⁊ tamen nihilominus

tenerer eum sine pecunie acceptione pascere: si pecuniam non haberet: ergo nullo modo valet argumentum: licite sumo pro defensione pecuniam: ergo ad hoc non teneor. ¶ Secundam partem conclusionis: q̃ scilicet ad idem tenemur quo ad mortem spirituales probo/quia tenemur proximum preseruare a morte corporali cum possumus: ergo etiam a spirituali. Consequentia tenet a minori. ¶ Unde sic argumentatur Augusti. Quid igitur de opere misericordie quod pro vita eterna adipiscenda: ⁊ pena eterna vitanda hominibus debemus impendere iudicandum est: si pro salute ista non solum temporali: sed etiam breui / sic nos subuenire hominibus ratio vera ⁊ benigna compellit. 23. q. quarta. ipsa pietas. Item quia plus tenemur diligere animam proximi: q̃ eius corpus: cum maius damnum sit ī amissione vnius anime: q̃ ī interfectione innumerabilium corporum hominum etiam innocentium. 24. q. 3. si habes. ¶ Ex qua conclusione sic fundata / infero hoc correlarium. Omne quod fieri potest agendo vel omittendo salua veritate vite/faciendum est ad vitandum scandalum passiuum proximi / sed nihil contra veritatem vite. Pro intellectu huius correlarij. Aduertendum est: q̃ veritas vt in rebus reperitur: dicit conformitatem seu adequationem rei ad intellectum. ⁊ ergo omne illud quod intellectui recto seu rationi recte conforme est ⁊ adequatum/dicitur verum. Potest autem rationi recte aliquid dupliciter esse conforme: in ratione signi ⁊ in ratione regulati. vt dicit beatus Thomas distin. 46. 4. in fine prime questionis. In ratione signi actiones nostre sunt commensurate ad mentem: dum quis talem se exhibet in dictis ⁊ factis exterius qualis est interius. Et talis appellatur a Philosopho. 4. Ethicorū authekastos: id est verax sermone ⁊ vita/cōfitens circa ipsum existentia: ⁊ non maiora vt iactator neq̃ minora: vt Yron siue Yronicus. In ratione regulati: aliquid est adequatum intellectui: quando est tale quale recta ratio dictat ipsum debere esse. Ipsa enim ratio est: signum ad quod oportet agentem aspicere: vt possit recte agere ac medium attingere superbabundantiam ⁊ defectum declinando: vt dicitur in principio sexto Ethicorum. Et istud regulatum: aut est operatio: vel opus procedens a tali operatione. Et q̃ operatio procedens ab anima: est quedam vita secunda. Ideo rectitudo talis operationis dicitur veritas vite. Rectitudo autem operis regulati si consistat in pecunia distributa/secundum meritum ⁊ dignitatem personarum accipientium: vel data commutatiue pro aliquo appreciabili: dicitur veritas iusticie. Ex istis concludo ad propositum: q̃ omnis rectitudo actuum nostrorum est veritas vite: cum veritas vite nihil aliud sit q̃ conformitas seu adequatio operationis vt regulati/ad rectam rationem vt ad suam regulam. Ex quo patet: q̃ non saluatur veritas vite: sine veritate doctrine vel iusticie: si enim falsum doceatur vel iniustum fiat: operatio nostra non est recta: cum non sit rationi recte consentanea. Et ergo etiam ad veritatem vite pertinet: vt q̃ exterius geritur: interiorem mentis habitum ⁊ dispositionem repreſentet: de verbo. signi. cle. exiui. ¶ Hoc premisso probo primo secūdam partem correlary videlicet q̃ nullus debet aliquid facere contra veritatem vite: ad vitandum in proximo scandalum passiuum. Primo quia indecens est suum crimen alienis commodis impendere. 46. dist. sicut nō suo Nec vult deus tali lucro: tale damnum cōpensare. 33. q. 5. si dicat vir. Dic autem impēderet crimen suum alieno commodo: ergo Idem vult regula iuris: qui scandalisauerit si de veritate scandalus oritur: vtilius nasci permittitur: q̃ veritas reliquatur. Preterea ordinata charitate quisq̃ tenetur propriam salutem preferre saluti proximi/ergo nullus debet aliquid committere cōtra veritatem vite: pro salute spirituali proximi. Primam partem eiusdem correlary q̃ scilicet omne quod fieri potest. ⁊c. probo primo per glosam Marci. 9. super verbo: quisquis scandalisauerit: que dicit. Notandus q̃ in bono opere nostro/aliquando cauendum est scandalum proximi. aliquando pro nullo habendum. Inquantum sine peccato possumus: vitare proximi scandalum debemus. si vero de veritate scādalum oritur/vtilius nasci permittitur. ⁊c. Idem sentit Dieron. in sua regula. Omne illud faciendum est ad vitādum scādalum proximi/quod fieri potest salua veritate vite: iusticie ⁊ doctrine: sed oēs tres ille veritates saluātur (vt ostensum est) cum saluatur veritas vite: q̃ omne quod fieri potest agēdo. ¶ Secōo quicunq̃ ordinem diligēdi peruertit: plus diligendo quod minus diligendum est: aut econtrario: eius charitas est inordinata: vt p̃z per Amb. exponentē illud

canticorũ secundo. Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem/ ⁊ per magistrum disti. 29. secundi sententiarum in principio. Sed qui propter scãdalũ vitandum in proximo/ non facit quicquid potest salua veritate vite: peruertit ordinem diligendi. plus diligendo: quod minus debet diligi. ergo. Minor patet: quia tenemur super omnia alia preter deum ⁊ propriam salutem: diligere salutem ⁊ animam proximi. Alias enim non diligimus proximum sicut nos ipsos. Sed si quis aliquod eorum que omitti vel fieri possunt salua veritate vite/ non vult omittere aut facere/ vt preseruet proximũ a morte spirituali: plus diligit illud q̃ proximi salutem. cum nemo ambigat: eum plus diligere illud/ quod vult saluare cum alterius detrimento vel deperditione. ergo plus diligit minus diligendũ.

¶ Et confirmo: quia sicut nos proximos nostros diligimus: quando ad mores bonos ⁊ ad vitam eternam consequendam sicut nobis/ eorum saluti consulimus: quando nos in eorum peccatis ⁊ periculis cogitamus. ⁊ sicut nobis subueniri optaremus ita eis subuenimus de peni. distin. secunda. c. charitas secundo. Et Augustinus debet homo diligere proximum suum sicut seipsum. vt quez potuerit hominem beneficentie consolatione/ doctrine informatione/ aut discipline coertione: adducat ad colendum deum. 23. q. 4. debet homo. sed pro propria salute tenemur facere quicquid possumus: salua veritate vite. ergo ⁊ pro salute proximi. ¶ Ex his patere existimo: quãto studio ⁊ prouidentia cauere debeamus. ne ex dictis vel factis nostris aliquis sumat occasionem spiritualis ruine: non considerantes que nostra sunt: sed que sunt aliorum. Ad Philippenses secundo. Et debẽt firmiores imbecillitates infirmorum sustinere/ ⁊ non sibi placere/ sed proximo in bonum ⁊ edificationem. sicut nec Christus sibi placuit. ad Romanos. 15. Nisi enim alter alterius onera portauerimus/ non implebimus legem Christi. vt innuit Apostolus ad Galathas sexto. cum dicit: alter alterius onera portate/ ⁊ sic implebitis legem Christi. Quasi dicat: aliter non implebitis. Dinc emanasse credo illa sanctorum patrum constituta/ quibus clericus non pro emendo aliquid in nundinis vel foro deambulans/ ab officio suo mandatur degradari. 91. distinctione clertcus. Et clericus qui inter epulas cantat acerrime obiurgari: ⁊ si in vicio perstiterit excommunicari. 22. q. 1. clericum. Et q̃ exiens de auditorio: sacerdote verbum faciente in ecclesia debeat excommunicari de consecra. distinc. prima sacerdote: que si iaz seruarentur/ paucí nostrum timeo euaderent penas quia iaz prochdolor omnes declinauimus simul in utiles. ⁊c. ⁊ hec de secundo articulo.

Tercius articulus.

¶ Restat nunc tercio vt veritas magis elucescat: quid in particularibus casibus agendum sit argumentatiue tangere: quia in bis que circa operationes sunt sermonibus: vniuersales quidem fiunt inaniores particulares autem veriores secundo ethicorum.

¶ Et primo insto contra primam partem correlary dupliciter. ¶ Primo sic Consilia possunt pretermitti: salua veritate vite. ⁊ tamen non tenemur ea pretermittere: ad vitandum in proximo passiuum scandalum: ergo. Prima pars antecedentis patet/ quia quod precipitur est necessitatis: consilium vero voluntatis. Unde precepto domini non obedire peccatum est. consilio autem si quis vti noluerit: minus boni adipiscetur: non mali aliquid perpetrabit. 14. q. 1. quisquis. ¶ Et secunda pars probatur per illud Hieronymi ad Eliodorum. Licet paruulus in collo pendeat nepos: licet sparso crine/ scissis vestibus ostendat vbera mater/ iacet in limine pater iaceat/ percalcato patre: siccis oculis ad vexillum crucis euola. summum genus pietatis est: in hac re esse crudelem. Et loquitur de ingressu religionis: qui est consily: ⁊ non precepti. ergo. ⁊c.

¶ Secundo sic/ Res temporales non sunt dimittende propter scandalum/ ergo non omne. ⁊c. Antecedens patet/ quia Beatus Thomas Cantuariensis repetyt res ecclesie: cum scandalo regis ⁊ principuz Anglie. ¶ Ad primum dico/ q̃ Hieronymus loquitur: vt exponunt doctores: vbi scandalum oritur ex malicia: ⁊ hoc contemnendum est exemplo Christi. cui cuz diceretur: scis quia pharisei scandalisati sunt audito hoc verbo/ ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur: sinite eos ceci sunt ⁊ duces cecorum. ⁊c. Et dicitur oriri scandalum ex malicia/ dum quis non propter nature infirmitatem: nec quia ignorat: quod agit esse malum/ sed tanquaz filius tenebrarum odiens opera lucis: concitatur: vel potius seipsum concitat/ ex hoc quod videt bona fieri: ad faciendum mala.

Sed si scandalum passiuum orietur ex infirmitate vel ignorantia: opus consilij propter ipsum vitandum deberet pretermitti vel ad minus differri. Istud patet primo / vbi scandalum oritur ex infirmitate / vt ponamus aliquem bonum prelatum / qui subditos suos verbo doctrine & conuersatione vite vt pane celesti sustentat in via dei: qui si gregem deserat verisimile est q̃ statim subuertentur: & more aliorum incipient vicijs carnis deseruire: Iste non poterit lege charitatis suum gregem deserere assumendo vitam religionis: Cum iuxta sententiam Gregorij Qui valet & renuit omnipotentis dei oues pascere: ostendit se pastorem summum non amare. Nec potest quis licite ibi secretum suum vtilitati proximorum preponere / octaua questione prima: in scripturis. c. 16. q. prima: vos autem: Q̃ idem oporteat vbi scandalum oritur ex ignorantia / patet: per illud Leuitici decimo nono: nõ maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculum: sed timebis dominum deum tuum: Vbi glosa: surdo maledicere est absenti & non audienti derogare: Coram ceco ponere offendiculum est discretam quidem rem agere: sed ei qui lumen discretionis nõ habet scãdali occasionem prebere: ergo vbi ruina in peccatum oriretur ex infirmitate / vel ignorantia: tenemur bona opera nostra omittere vel saltem intermittere: vt proximos a morte spirituali preseruemus.

¶ Quo ad secundum argumentum videtur dicere Beatus Thomas secunda secunde questione: 43. articulo octauo in corpore questionis: q̃ repetitio talium bonorum sicut & depositorum est in prelato de necessitate salutis: & ergo non potest pretermittere propter quodcunq̃ scandalum salua veritate vite. Et sic argumentum non procedit: secus esset si fuissent bona sua: que licite dimisisse potuisset. Sed istud non videtur vniuersaliter procedere: quia ecclesia ipsa propter generale scandalum tenetur bona sua dimittere: apud non veros dominos. Et ergo dicunt doctores communiter: q̃ non potest licite petere decimas in locis vbi non est consuetum soluere decimas / cum timeatur ex hoc scandalum: & auersio multorum a fide. Quomodo Paulus propter scandalum in corintheis vitandum noluit ab eis sumere cibum: cuz ex hoc offendiculum obuenisset euangelio Jhesu Christi. Vt patet prime ad Chorinthios ix. ono. Etiam non plus est in prelato repetitio bonorum ecclesie de veritate vite / q̃z in alio restitutio alieni prius iniuste detenti. Sed ad preseruandum proximos a scandalo passiuo licet differre restitutionem / vt ex dicendis patebit: ergo etiam licet prelatis ecclesiarum differre repetitionem: si verisimiliter timeatur emersurum scandalum impediens aliquos a salute. ¶ Ideo pro solutione argumẽti premitto / q̃ nihil infelicius est felicitate peccantiũ qua penalis nutritur impunitas / & mala volũtas velut interior hostis roborat. 23. q. 1. paratus / prosperitas enim stultorũ perdet eos / Prouerbiorũ. 1. Hinc ecclesiastes octauo dicitur: quia non cito contra malos profertur sententia absq̃ timore vllo perpetrãt mala filij hominum: Et secundi Machab. sexto / non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere / sed statim vltiones adhibere magni beneficij indicium est. Ex quo patet q̃ pene plurimos reuocãt a peccato. si statim adhiberentur pene: & non essent de impunitate securi. In hoc casu: cum videlicet ex repetitione nostra verisimile est proximos qui nostra detinent tandem esse corrigendos / non solum possumus / sed tenemur nostra repetere: immo si hoc tunc dimiserimus / vel propter iudicium vulgi / vel timorem cruciatus corporis / nõ est sine morali peccato. vt sentit Beatus Thomas in materia de correptione fraterna / secunda secunde. q. 33. articulo tercio. Tunc enim talia ita anime dominantur: vt fraterne charitati preponantur: Et idem sentit Aug. lib. primo de ciuitate dei. pro quo etiam facit illud Aug. qui ad se confugientẽ q̃tũ honeste potest: ad restituendum non cõpellit: socius est fraudis & criminis. 14. q. 8. si res. Nec obstat / q̃ pro presenti ex nostra repetitione multa scandala incurret: dum tamen istud finaliter proficiet eius saluti / quia non tenemur proximũ a scandalo passiuo preseruare / vbi nõ proficiet eius saluti. Quomodo dicit beatus Thomas. 19. disti. 4. quamuis sciamus fratrẽ ex nostra correptione pro presenti cõficitandum ad odium / dũ ex hoc speratur finalis correctio fratris non est desistendum a correptione. Et sic credo fuisse in facto beati Thome Cantuariẽn: Aut forte oriebat scandalum ex malicia: & hoc vt in priori solutione dixi contemnendum est: Quomodo autem liceat sua repetere in casu: vbi scandalum orietur ex infirmitate & non ex malicia patebit in argumento de restitutione.

¶ Contra secundam partem conclusionis: q̃ scilicet aliquid sit faciendum contra veritatem vite ad vitandum scandalum in proximo arguitur. Primo sic: vitatio cuiuslibet peccati pertinet ad veritatem vite: sed ad vitandum scandalum proximi debet homo veniale peccatum committere/ ergo: Minorẽ probo tripliciter. ¶ Primo sic/quia plus debet homo cauere eternum damnum proximi quod icurreret per mortale peccatum/ q̃ temporale damnum proprium quod incurreret per peccatum veniale. ¶ Secundo/quia vt probatur de noui.operis.nũ.cuz ex iniuncto. Ab hys operibus que sine peccato mortali committi possunt/pariter ꝛ dimitti pro scandolo cessandum est/aut pro scandalo vitando insistendum: vbi autem canon non distinguit / nec nos distinguere debemus .15.q.3. sane.31.q.1.q̃ si dormierit cum suis similibus;ergo veniale cum possit sine mortali.ꝛc̃. ¶ Tercio/quia mendacium quod ad minus est peccatum veniale: licite fit pro vita corporali seruanda: ergo a minori etiam licite fit pro salute spirituali proximi conseruanda. Antecedens patet exemplo Abrahe:qui vt legitur Genes.12.dixit Saray vxori sue.noui q̃ pulcra sis mulier:ꝛ cum te viderint Egipty dicturi sunt vxor illius est ꝛ interficient me seruantes te sibi:dic ergo obsecro q̃ soror mea sis/vt bene sit mihi ob gratiam tui:ꝛ ea occasione vt in fine capituli dicitur dixit Saray sororem suam esse. Et idem dixit Abimelech regi vt patet Genesis.20. Q̃ autem in hoc laudabiliter fecit patet / quia hoc facere debuit in tutelam corporis sui ne tentaret deum .22. q. secunda:queritur/sic etiam in immolatione Ysaac videtur mentitus Genesis.22.dicens seruulis suis/expectate hic cum asino/ ego ꝛ puer illuc vsq̃ properantes cum adorauerimus reuertemur ad vos/super quo dicit Ambrosius:prophetauit quod ignorabat: ipse solus disponebat redire immolato filio/captiose autem loquebatur cum seruulo/ne cognito negocio impediret eum: aut gemitu obstreperet aut fletu.22.q.scõa. si quelibet culpa. Et si forte in aliquo istorum excusari possit a mendacio/ non videtur excusari posse quin deceperit: ꝛ hoc eque videtur contra veritatem vite:dicitur enim Leuitici.19. non mentiemini neq̃ decipiet vnusquisq̃ proximum suum.

¶ Secundo probo idem sic: restituere alienum est de veritate vite/immo de iure naturẽ. Sed istud debet homo pretermittere ad vitandum scandalum proximi: quod probo:quia damnum ad quod per scandalum deueniretur maius est/q̃ damnum consurgens ex non restitutione:iam e duobus mala minus malum est eligendum.13. distinc. nerui:Unde dicit Panormi.i.c. officy. post Innocentium ꝛ alios extra de peni.ꝛ remi. de illa que marito ignorante supposuit sibi partum alienum/ꝛ sic defraudauit veros heredes/q̃ si verisimiliter ei crederet ꝛ nullus sit periculum in reuelando peccat nisi reuelet/ꝛ non est sibi penitentia fructuosa durã/ te fraude/aut non crederetur ei nec habet probationes promptas: cum tunc frustra fieret non tenetur :argumento.c.plerumq̃.2.q.7 Aut habet probationes promptas ꝛ verisimiliter credetur ei:sed subest periculus mortis in reuelando tunc debet potius tacere. quia in non reuelando est periculum rerum: in reuelando autem periculum animarum ꝛ corporum:inter que duo mala debet minus eligere.allegat.c.nerui.13. distin. Et ad obiectionem de regula iuris que dicit scandalum vtilius nasci.ꝛc̃. Respondet post Innocentium/q̃ regula illa procedit in iudice vel teste qui habet iudicare vel dicere veritatem:quam non debet propter scandalum relinquere:sed sic non est de muliere. Adyciens in fine:q̃ satis est mulieri penitere si non habet vnde satisfaciat hys qui marito ab intestato successissent. Et confirmo/depositarius debet retinere gladium deponẽtis contra eius voluntatem: vbi ex eius restitutione immineret periculus mortis eius cui restitueretur:vel etiam aliorum.22.q.2. ne quis arbitretur. Sic etiam licet detinere hominem ne se precipitet vel alium feriat/ vt pulchre deducit beatus Thomas. 2.2.q. .65.arti.3. ¶ Tercio sic:non fornicari est de veritate vite:ꝛ tamen faciendum est ad vitandũ scundalum:ergo: Secundam partem probo auctoritate Magistri sententiarum distinc.38.4. vbi in fine dicit:q̃ is qui cupit ad primam ꝛ veram vxorem reuerti. dum cogitur ecclesiastica disciplina stare cum secunda:incipit excusari per obedientiam ꝛ timorem de hoc/q̃ in presenti poscenti mulieri debitum reddit:a qua tamen nunquam exigere debet:ergo iuxta magistri sententiam ob scandalum vitandum emersurum ex nõ obediendo ecclesie:licite fornicatur. Idem sentit Hugo de sancto victore qui inter doctores ecclesie insignis habetur lib.2.de sa=

cramentis/parte.11.c.6.vbi ex intẽtione determinat/q̃ is qui clandestine contraxit cũ vna/ꝛ postea in facie ecclesie cum alia:propter scandalũ quod ex eius inobedientia oriretur/debet obediendo ecclesie manere cũ secunda. Et resolutorie ibi dicit/in hys ergo occultis/in quibus temporalis institutionis non naturalis preceptionis preuaricatio est:mihi videtur/ea que latent/manifestis/ꝛ maxime hys que sine graui scandalo mutari nõ possunt/ preiudicare nõ debere.sed magis expedire vt in manifestis scãdalũ caueatur:ꝛ de occultis ad gratiam ꝛ misericordiã dei fugiatur. Et vt vult/cum homo sua malicia vrgente/ in necessitatẽ peccandi venit/vt nõ possit portare legem/ nisi maledictionẽ preuaricatiõis incurrat: cõmutat illi deus/per misericordiã legem. ꝛ donat penitenti: vt saluus esse possit.qui vtiq̃ non saluaretur/si per iusticiã ꝛ rigorẽ legis sine misericordia iudicaretur. Addit.fortasse non tibi.ꝛc. ¶ Si forte quis dixerit plures doctores posteriores tenere oppositum:ꝛ illis propter multitudinem esse assentiendũ. Videtur autoritas istorũ: aliorum multitudini prepõderare/ aut ad minus equiparari. Unde vbi scripture aliq̃ recipiuntur a pauciorĩbus maiorĩs autoritatis/alie a pluribus:equalis autoritatis habende sunt.19.dist.in canonicis scripturis. ꝛ sic ad minus opinioni huic adherẽs:esset tutus.ꝛ habetur intentũ:q̃ talis licite fornicabitur.ꝛc. ¶ Si dixeris per ecclesiã determinatũ oppositũ ꝛ huic esse standum/de sen.excom.c.inquisitioni. vbi dicitur q̃ sciens pro certo impedimentũ propter quod alteri cõiugũ cõmisceri nõ posset sine mortali peccato:debet potius humiliter excommunicationis sentẽtiã sustinere/ q̃ per carnale cõmertium peccatũ operari mortale. Videtur non sufficienter excludere argumẽtũ. Tũ quia nullus videtur esse tale impedimentus:nisi sit de lege nature impediens/ ppẽ qõ nõ possit ad mandatũ ecclesie/ vt vitet scandalũ cõmisceri non sue vxori. Tus/quia nulli dubiũ est: quin propter mãdatũ nunq̃ debeat peccatũ operari. sed an actus/qui alias esset mortalis/ excusetur a peccato/propter ecclesie mandatũ ꝛ scandalũ/sicut propter ignorantiã.vt 34.q.1.in lectũ.iam textus allegatus solus dicit/si sciat tale impedimentũ/propter quod sine mortali.ꝛc.tũc potius debet humiliter.ꝛc. Nec facit mentionem de scãdalo/an tollat effectum obligationis impedimenti:quo impeditur matrimoniũ/ per legẽ mere positiuã/ an nõ. Et q̃ illud nõ deciderit:videtur ex c. litteras/de resti/spo.quod est eiusdẽ Innocẽty tercy.vbi de tercia opiniõe/q̃ ỏt aliqũ restitutionẽ esse faciẽdã ꝛ aliqũ nõ: ỏt illi nõ incõgrue adaptari/ vt in gradibus diuina lege prohibitis/restitutioni aditus preludatur.sed in cõstitutione interdictis humana:locũ habeat restitutio cũ effectu. Uñ nõ peccat:qui in hoc articulo/ad mandatũ ecclesie/debitũ reddit coniugale. Et statim ad propositũ subditur. Nos nullã de predictis sententys reprobamus:nec cuiq̃ earũ aliquod preiudiciũ ex nostra responsione volumus generari.ergo videtur indecisus reliquisse. An in gradu cõsanguinitatis sola humana lege interdicto:liceat ad mãdatũ ecclesie.ꝛc. Pro isto facit q̃ ibidẽ solũ decidit:restitutionẽ non esse faciendã/cũ offerũtur probationes parate de gradu diuina lege prohibito/ꝛ nõ de alys.fundans se ĩ hoc q̃ tunc nõ possit illi sine mortali cõmisceri. per quod a cõtrario innuere videtur: q̃ in gradibus humana lege prohibitis / possit. Pro isto etiã facit opinio Hlo. ꝛ hostienẽ in .c.proposuit de cõiu.seruo:dicentiũ q̃ tẽpore litispendẽtie potest quis cõmisceri ei/cui mouet questionẽ status/ad mãdatũ ecclesie sine hocq̃ ĩ eas de nouo cõsentiat/vt in vxorẽs. Et idẽ videtur posse deduci/cõtra beatũ Tho.36.dist.4.ꝛ panor.dicẽtes:q̃ non tenetur talẽ/propter mãdatũ ecclesie in vxorem ducere.vbi probabiliter dubitat/vel vehemẽter presumit/aut p certo cognoscit. Nas vt patet ex.c.inquisitioni de sen.excom.ꝛ c. quid culpatur.23.q. 1.ĩ dubio tenetur ei debitũ reddere/sed nõ tenetur scõs istos/sicut nec scõm alios/maritali ꝛ nouo cõsensu in eam cõsentire.ergo potest eam cognoscere tanq̃ talẽ cui questio status mouetur. Hoc tamẽ certũ est q̃ quicũq̃ in hys casibus facit cõtra cõsciam:edificat ad iehẽnã.28.q.1. oẽs.§.ex hys. ¶ Quarto sic. Mutilare seipsum in aliq̃ mẽbro est cõtra veritatẽ vite.vt patet per illud Apoli ad Galathas.4.testimoniũ perhibeo vobis:qñ si fieri posset/ oculos vestros eruisletis/ ꝛ dedissetis mihi. vbi glo.marginalis ꝛ est Aug.fieri poterat per potẽtiã:sed nõ per iusticiã.ergo fieri nõ potest:posse iuris.q̃ tñ istud faciendũ sit ad vitandũ scãdalũ:patet per illud Mathei.5. si oculus dexter scandalisat te:erue eũ ꝛ proijce abs te. expedit enĩ tibi vt pereat vnum

membrorũ tuorũ:q̃ totũ corpus tuuz mitta
tur in iehennã. ⁊ idem dicitur Mathei.18.
¶ Quinto sic/ Vitare excõicatuz est de veri
tate vite.sed hoc debet pretermitti ad vitan
duz scandaluz:vt patet ex.c.iulianus.11.q.3
⁊ glo.ibidẽ.comunicabant eniz ibi christia
ni milites/iulião apostate ⁊ heretico: ne sus
citaret scandaluz ecclesie.¶ Et cõfirmatur.
qz Machabei pro euitãda morte corporali/
bellauerunt ĩ sabbato.vt patz.1.Macha.2.
quod erat contra veritatem vite.ergo a mi
nori ad vitandũ mortem spiritualem proxi
mi:debet homo cõicare excõicato.¶ Sex=
to sic/docere subditum in prelato est de ve=
ritate vite. Nam de manu eius requiret do
minus sanguinẽ subditi pereuntis vt dicit
ezechiel.3. Nec ꝑt pastoris eẽ excusatio:si lu
pus oues comedat ⁊ ipse nescit.de reg.iu.q̃
uis cause. Sed hoc debet pretermittere pro
pter scandalum:ex quo peccaret docendo.
prout clare deducit Tho.19. dist.4.in mate
ria de correptione fraterna.iam ad peccatũ
nulla est obligatio.22.q.1.si peccatuz.¶ Se
ptimo sic/obseruãtia voti est de veritate vi/
te dicitur enĩ deuter.23.cum votuz voueris
deo:nõ tardabis reddere.quia requiret illõ
dñs deus tuus.⁊ si moratus fueris:imputa
bitur tibi in peccatũ/si nolueris polliceri.⁊c̃
Sed voto cõtraueniẽduz est ad vitandum
scandaluz. Quod probo.primo. qz hoc licet
propter corporalẽ salutẽ proximi.vt patet õ
professo/ cuius parentes destituti humano
auxilio/nisi eis succurrat contra voluntatẽ
sui superioris exeundo/⁊necessaria vite eis
procurando/peribunt. Ad hoc eniz tenetur
lege diuina.cuz preceptũ honorandi paren
tes extendat se ad administrationẽ necessa
riorũ vite.vt patz Mathei.15. Et pro isto est
illud Sangrens concily.si qui filij.30.disti.
¶ Secundo probo idẽ sic/illud quod votuz
fienduz impediret si presens esset:etiã voto
facto obligatõez aufert.vt dicit beat⁹ Tho.
dist.38.4.in materia de voto/in solutiõe ad
primũ. Et est ratio/quia nullus per actũ pro
priuz potest seipsum eximere ab obseruan=
tia diuine legis.ergo propter quod presens
teneretur votũ nõ emittere.idẽ voto super
ueniens excludit obligationẽ voti. Et pro=
pter hoc dicit Tho.votuz recipere dispensa
tionẽ:quia alias subtraheretur prelato siue
superiori ius suum:cũ habeat ius precipien
di ex iusta ⁊ rationabili causa iterdũ:quod
non stat cuz voti obseruantia.sed si scanda/
lum de presenti esset emersuruz ex actu vo
uendi:teneretur ad minus votũ differre.er
go si idem superueniat voto facto:tollit vo
ti obligationem.¶ Et confirmo istud.quia
obligatio posterior nõ potest ꝑiudicare prio
ri.vt patet ex.c.veniens ⁊ .c.intellecto:de iu
re iuran.⁊ his que ibi dicũtur per doctores
Sed prius ante emissionez voti:tenebatur
non scandalisare tali actu.ergo ꝑ voti emis
sionem:non est deobligatus.¶ Octauo sic/
Non prostituere filiã est de veritate vite.di
citur enim leuitici.19 Non prostitues filiaz
tuaz:vt contaminetur terra ⁊ impleatur pi
aculo.sed hoc videtur faciendus ad vitan=
dum scandalum.exemplo Loth.qui vt di=
citur genes.19.zodomitis vallantibus do=
muz suam/vt possent cognoscere viros/qui
ad eum erãt nocte illa ingressi:egressus ad
eos/ ⁊ post tergum accludens hostium: ait.
Nolite queso fratres mei:nolite queso ma
lum hoc facere.habeo duas filias que nec=
dum cognouerunt virum: educam eas ad
vos/abutimini eis sicut placuerit.dummo/
do viris istis uihil faciatis mali.q̃ autez in
hoc imitandus sit:videtur.quia commẽdat
eum Ambrosius:eo q̃ domus sue verecũ=
die/preferebat hospitalem gratiam.32.q.7.
offerebat sanctus Loth.¶ Nono sic/Sume
re cibum pro refectione corporalis indigen
tie/est de veritate vite:cum sit de iure natu/
re stricte sumpto/ quod natura oia anima=
lia docuit.⁊ tamen est pretermittendum ad
vitandũ scandaluz.ergo.¶ Secundã partẽ
antecedentis probo. per illud Apli ad Ro.
14. Noli tuo cibo illuz perdere: pro q̃ Chri
stus mortuus est. Et illud.1.ad Corinth.8.si
esca scandaliset fratrem meũ:non mandu=
cabo carnẽ in eternũ.ne fratrẽ meũ scan=
dalisem. Et iterum satius est fame mori:q̃
idolothito vesci.quod intelligitur cũ scan=
dalo aliorum.32.q.4.sicut sanctius. ¶ Ad
hec respondeo primo ad primã probationẽ
minoris prime rationis: q̃ ad vitandũ pec
catũ nõ inclinamur pricipaliter ex damno
proprio.quia vt dicit Tho.hoc esset a pecca
to desistere timore pene.⁊ hoc est peccare.si
quis enim furtuz nõ facit quia timet ne iu
dicetur:intus in corde fecit ⁊ reus furti te=
netur.de peni.dist.1.si propterea.qui enim
timore facit preceptũ:non facit.de re.iu.qui
ex timore. Sed inclinamur ad hoc:ne deuz
offendamus.cuius offensa:etiam est pecca=
tum veniale.q̃uis non ita magna:vt mor/
tale. Nullus autem debet deum parum of/
fendere:ne alius offendat multum/cuz de=

beat deum in infinitum plus: q̃ proximuz diligere. Et ergo pulchre dicit Tho. dist. 17. 4. in materia de cõtritione/ q̃ talis debeat esse contriti dispositio: q̃ plus displiceat ei culpa/ vt est offensa dei/ ꝛ ei indigna/ q̃ vt est sibi peccãti nociua. sic q̃ potiꝰ vellet sustinere eternã penam/ separata tamen ab ea ratione offense: q̃ cõmittere offensam. etiam si posset impune. Hinc Genes. 3. dicit Glo. Grego. Superbit qui peccatũ non deserit: ꝛ si liceat impune. Dicit tamẽ Tho. q̃ de hoc non est tentandus. quia nõ facile potest homo mensurare affectus suos. Immo quod minus displicet: interdũ magis displicere videtur. Dico igitur q̃ nullus debet venia le cõmittere: vt alius vitet mortale/ cum secundum Aug. nullus sit ad eternam salutẽ perducendus: opitulãte mendacio. 22. q. 2. primũ. immo implicat: q̃ aliquod peccatũ debeat fieri. eo ipso enim quo peccatum est: debet non fieri. Nec potest ad peccatũ aliq̃ esse obligatio. 22. q. 1. si peccatum/ alias eni obligaretur ad contradictoria/ ꝛ sic ad impossibile/ contra regulam iuris/ nemo potest ad impossibile obligari. li. 6. Hic tamẽ dico q̃ meritorie posset eligere retardari a gloria: propter proximum. quõ dicit Aplus ad Philippen. primo/ coartor e duobus desideriũ. ꝛc. Uiuere autẽ in carne: necessariũ propter vos. ꝛ hoc confidens scio: quia manebo ꝛ permanebo oibus vobis ad profectum. Et ad Roma. 9. Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus. ꝛc. Ubi Crisost. dicit optabat per glorie priuationẽ: non per culpe commissionem. Sic videtur Moyses orasse/ exodi. 32. Obsecro dñe: peccauit populus iste peccatũ maximum. fecerũtq̃ sibi deos aureos/ aut dimitte eis hãc noxam: aut si non facis/ dele me de libro/ quẽ scripsisti. Innuens se preoptare noxam fratribus dimitti/ cum glorie proprie priuatione: q̃ sine eis ad gloriam perduci. ¶ Ad secundam probationẽ dico: q̃ exceptio illa satis habetur ex canone preallegato/ si peccatũ. 22 q. 1. si eni ad peccatum nulla potest esse obligatio: nunq̃ peccandũ est/ etiã veni aliter ad vitandum in alio mortale. ¶ Ad terciã probationẽ de Abrahã dico: q̃ Abraham ibi non est mentitus. sed caute: per eq̃ uocationem veritatem celauit. Nam filia fratris in scriptura: etiã dicitur soror. vt pz Genes. 20. sic eni Loth qui eodez gradu attinebat Abrahe/ dictꝰ est frater Abrahe genes. 13. Et ex hoc facto Abrahe sumit Glo. doctrinã/ q̃ licet hostem caute per equiuocationẽ deludere: dicẽdo õ eo qui queritur ad iniuste occidẽdũ: nõ est hic. pro nõ come dit h. 22. q. 2. q̃rit. ꝛ ibidẽ. c. ne q̃s arbitret. ¶ Ad illud aũt de deceptione: dico ibi. phi beri deceptionẽ malignitatis ꝛ nõ pietatis que fit ad vtilitatẽ proximi. Sic dñi iuriste distinguunt duplicem dolũ/ bonũ ꝛ maluz. 43. dist. in mandatis ꝛ 27. dist. quod interrogasti: ꝛ 22. q. 2. vtilem. Nec videtur mihi contrauenire illi mandato de non decipiendo: dicens latrones non esse vbi sunt. cum prescit interrogantẽ sibi non credituruz. vt sic periculum euadat. de quo Aug. i libro de mẽdacio. q̃uis interrogantẽ vtili/ ter decipiat/ in hoc q̃ scit eum putaturum: q̃ per hoc nitatur ducere ipsum in laqueuz latronum. Melius videtur exemplificãdũ si abducat eum a recto itinere eo ignorãte: ne manus latronũ incidat. vbi si sciret: vellet per rectuz iter incedere/ nec crederet ibi esse latrones. ¶ De illo quod dixit seruulis suis Genes. 22. manete. ꝛc. videtur q̃ quadam pietate motus: mentitus sit. quemadmodum obstetrices egiptie. ꝛ sic seruit proposito Gratiãi. 22. q. 2. si quelibet culpa. vbi illa duo videtur in hoc equiparare. Nec in hoc imitandus. quia sacra scriptura prohibet pro alterius vita mentiri. de vsur. super eo. ꝛ vt allegaui: nullus ducẽdus est ad eternam salutẽ/ opitulante mendacio. Mendacium eni est per se prauũ: ꝛ fugiendũ. vt dicitur 4. Ethi. Nec videtur valere opinio abbatis Joseph: collatione 17. 2. libri collationum patrum. q̃ mendacio/ tanq̃ elleboro/ vtenduz fit: ad custodiam virtutum/ vel salutem proximi. quia non sunt facienda mala: vt inde veniant bona. ad Roma. tercio. ¶ Ad secundum principale dico q̃ detinere alienum domino volente: non est contra veritatem vite. in proposito autez vbi quis solum ad horam ꝛ breue tempus detinet alienum: cum imminet scandalum ex restitutione/ dominus est volens vel actu elicito/ vel debito. ꝛ hoc sufficit: vt dicit Scotus. dist. 15. 4. debet enim potius velle ad modicum temporis/ carere re sua: q̃ sibi cum scãdalo aliorum importune restitui: Et sic nihil facit/ contra veritatem vite. Nec regula iuris patitur in hoc casu instantiam: que dicit. vtilius scandalum. ꝛc. plusquam in iudice vel teste. loquitur enim de veritate vite: que in nullo casu licite pretermittitur. Non tamen videtur verum q̃ mulier esset

tuta perpetuo: non faciendo rem restitui/ propter periculũ sui corporis. Tum quia poterit sibi sufficienter de tutela corporis prouidere. Tum quia nõ videtur/ hoc scandalũ homicidij/oriri ex infirmitate vel ignorantia: sed ex malicia/si pro seruatione conscientie sue ipsa rem alienaz restituente: alius ex indignatione velit eam occidere. ⁊ tale scandalũ est contemnendũ. immo quod plus est vsurarius occultus: tenetur vsuras restituere. ⁊ si verisimiliter sciat filias suas penuria ⁊ paupertate deuictas/se prostituturas/sicut si falsum testimonium dixit in innocentẽ occidendũ: tenetur hoc retractando sententiã mortis subire. q̃uis verisimiliter presciat: multos ꝺ familia sua/ quibus proprijs manibus solitus est lucrari panez/ ⁊ sua exhortatione in bono detinere: auertendos a bono. Nec licet furari intentione donandi pauperibus: ne penuria deuicti vite veritatem relinquere cogantur argu. ca. non est putanda. 1. q. 1. ⁊. c. forte aliquis 14. q. 5. Nec tenetur dñs velle rem suã pro perpetuo detineri: vt vitentur scandala istorum etiam vbi ex infirmitate. ⁊c. Tũ quia nescit an plus illaqueabit eos prosperitas: q̃ aduersitas. Tum quia potest rem velle seruare ad vsum magis pium: puta pro sustentatione doctorum/qui multos conuertunt ab iniquitate ad bonũ. in quo maius lucrũ cõsistit: q̃ si isti non scandalisentur. Tum quia potest sibi ⁊ sue posteritati timere de lapsu ex penuria. Et hec est ratio quare reus furti tenetur. q̃ furti cõscius/ querẽte possessore/ nõ indicat. de furt. qui cum fure. quãuis ex sua indicatione sciat furem plura peccata ĩ
§ cursurum. ¶ Pro solutiõe tercij/ Premitto q̃ simplices subtilitates diuini iuris ignorantes/si sufficienter inquirant a suis prelatis de agendo: non peccant agendo conformiter opinioni false. Patet primo per illud Job primo boues arabãt: ⁊ asine pascebãt iuxta eos. per quod iuxta Gregoriũ mistice intelligitur: q̃ simplices qui intelligũtur ꝑ asinos/ pasci debeant in fide ⁊ cognitione prelatorũ q̃ intelligũt ꝑ boues. Secundo ꝑ illud saluatoris Mathei. 23. Super cathedrã Moysi: sederũt scribe ⁊ pharisei. oia q̃ quecunq; dixerint vobis facite: secundum opera autem eorum nolite facere. Nisi istud dicatur: quomodo excusabuntur a peccato/ q̃ prius contracto matrimonio per verba de presenti/postea cuz alia contraxerunt. ⁊ matrimonio secundo/carnaliter consummato iuxta iudicium sedis apostolice adheserunt secunde. q̃ in hoc summus pontifex errorem pro iure dixerit: tenent cõmuniter omnes Theologi/qui etiam negant euz in hoc posse dispensare. Et videtur patere primo ex. c. licet de spon. duo. vbi papa consultationi respondens: dicit primum matrimoniuz esse seruandũ: quãq̃ a quibusdã predecessoribus suis aliquando fuerit aliter iudicatũ. iam cum papa respondet consultationi: nõ nouum ius inducit. sed respondet: prout de iure. vt vult glo. in. c. consultationi de temporibus ordi. ergo decisio predecessorũ/ non fuit ius ſz error. Unde dñs Antho. notat ibi vltimo: q̃ iniusta sentẽtia pape/maxime a successoribus/ non est pro iure suscipienda. Et dominus Franciscus de zabarellis ibi quĩto notat: q̃ sententia pape non semper facit ius. anteq̃ tamen reprobaretur: standum erat. Allegat de re. iu. in causis Et. c. fi. eo. ti. recitat Gasparinuz tenere: q̃ nec papa posset consuetudinez talem approbare/ qualis desuper erat in Mutinensi ecclesia. Et quicquid de isto sit: hoc saltem certum videtur/ q̃ matrimonium consummatũ non dissoluitur/si alter coniugum labatur in heresim vt patz. 1. ad Corin. 7. ⁊ expositione omniũ sanctorum. Huius tĩ contrariuz decideret Celestinus tercius: ponens idez iuris inter fideles/quorum alter labitur ad infidelitatis errorem: ⁊ duos infideles/ quorum alter ad fidem conuertitur. Et hoc dictũ Celestini olim habuimus in. c. laudabilem/de conuer. infi. vt vult glo. in. c. q̃to de diuort. Et ibidem Hostienẽ commemorans sub. 7. §. dicens in dicto. c. quanto super verbo licet. quidam predecessor. s. Celestinus. qui dixit/ q̃ si vxor in fide relicta contraheret nõ redderetur primo reuertenti ad fidem ⁊ reconciliato/ vt extra de conuer. infide. laudabilem. §. idem siquidem. Pro isto etiam facit quod dicitur. c. quod proposuisti. 32. q. 7. de eo cui⁹ vxor ĩ infirmitate debitũ reddere non valet. quod ibi dicit Gratianus cõtrarium euangelio. dicitur enim ibi/si non poterit continere/nubat: sed opem subsidij
6 non subtrahat. ⁊c. Hec dico non vt (more cam) pudenda patris mei detegaz quod in filio eius canaan grauiter punitũ est: vt ptz Genes. 9. sed vt temeritatẽ eorũ reprehẽdã qui dicunt nullum/per inuincibilem ignorantiaz iuris diuini excusari a peccato. quia dicũt talem ignorantiaz. s. inuincibilem nõ posse cadere ĩ ius diuinũ. pro q̃ facere videt

Illud.1. Joan.2.c. Et non necesse habetis: vt aliquis doceat vos:sed sicut vnctio docet vos:⁊ verum est de oibus.vbi videtur ꝙ faciens diligentiam sibi possibilem: nunqꝫ laborabit/ignorantia iuris diuini in agendis Et illud Apli.1.ad Corin.14.si quis ignorauerit:ignorabitur.ꝙ hec non conuincant postea deducam. Et contra eos preter prius allegata:est expressa sententia glo Mathei 18.dicentis. Parū distat in vicio/fallere aut falli/scandalisare vel scandalisari: si ex negligentia. Sed ex inuincibili ignorantia distat:quia tunc falli peccatū non imputatur. immo tali ignorantia videntur excusari a suiipsius nece ⁊ interfectione Machabei: qui propter religionē ⁊ obseruantiā sabbati crediderunt/nō licere manu auxiliuz sibi ferre.vt nec lapidē mitterent in aduersarios:nec ora speluncarū opilarent.vt patet.1. Macha.2.⁊ 2 Macha.6.ꝙ nō conuincant autoritates pro eis allegate:patet. Nam autoritas Joan.loquitur de hys: que tenētur scire.vt ꝙ Jhesus sit Christus.i. Messias ⁊ vnctus in lege promissus. de quo ibi prius loquitur. iam nō quilibet tenetur oia iuris diuini precepta scire: vt certū est.sed in hys que tenetur scire/si sufficiēter inquirat:semper a deo/mediate aut immediate/ doctrinaz recipiet. Nec obstat/etiā illud Apostoli si quis ignorauerit. ⁊c. quia premittit ibi si quis inter vos videtur propheta esse aut spiritualis:cognoscat hec:quia dñi sunt mādata. Si quis autem ignorauerit:ignorabitur vbi glo.super verbo cognoscat: innuit difficilia esse verba epistolarū/cū a prophetia vel spirituali iubet cognosci: per quod videtur solū loqui de spiritualibus ⁊ prophetis:quibus scilicet ex officio incūbit alios docere. Uerū est tamēꝙ ignorantia iuris naturalis quoad prima principia legis nature/ ⁊ alia que quis pro officio vel statu scire tenetur: vnicuiqꝫ est dānabilis. Et sic credo limitandum illud:ignorātia iuris naturalis oibus adultis.⁊c.1.q.4.tenebatur.ꝙ notandū. Et istud sentit Tho.1.2.q.76.ar.2.in corpore q̄stionis. Et ibidem ar.3.dicit. ꝙ ignorantia que est omnino inuolūtaria/siue quia est in uincibilis/siue quia est eius quod quis scire non tenetur. omnino excusat a peccato.

¶ Ex hys credo probabiliter dicendum.ꝙ sincero affectu salutem anime sue querens si cōsilio magistri/vel egregij illius doctoris Hugonis de sancto victore/propter scandalum vitandum/non vere vxori debituz reddiderit:excusatur a peccato/etiam si eorum opinio sit erronea. Ubi autem opinio magistri ⁊ Hugōis de sancto victore per ecclesiam reprobata sit(si reprobata est)maioribus meis discutiendum relinquo. Mihi satis est:si dubitando inuestigandi occasionez dederim:vt sub mensa dñorum/si deus largiri dignetur.micas edere possim. Nec videtur sufficiēter reprobata:ex simili de gradibus diuina lege prohibitis. quia ad hoc nunqꝫ propter scandalū potuit obligari.hic vero potuit aliqñ obligari propter scandaluz emergens:ad eam ducendū/⁊ debitum reddendū. Et circa hoc fortasse simile dabitur.sicut licet vere vxori propter scandaluz vitandū/debitū denegare:aut seipsum morti exponere.vbi neutrū sine scandalo posset sed fieret contra veritatez vite.ita similiter hoc casu licite permiscetur nō sue vxori: ad vitandū inobedientie scandaluz ¶ Dico sincero affectu/ quia nisi fecerit quod in se est: nō excusabitur.sed locū habebit illud Saluatoris. Si cecus ceco ducatum prestet. ⁊c. Mathei.15. ¶ Ad quartum dico cū glo.ibidem ꝙ tūc eruitur oculus:cū frangitur malus vsus.proycitur:cuz ex toto annihilatur nec intrare permittitur. Ad literā vero/nullum mēbrum prescindi/aut erui precipitur. sic Job sibi videtur eruisse oculum:cū diceret.pepigi fedus cum oculis meis:vt nec cogitarem quidē de virgine. Job 31.vbi Glo. pepigit fedus cum oculis:ne prius incaute aspiceret/quod postmoduz inuitus amaret Huius omissionē lamentatur propheta tre norum.3. Oculus meus depredatus est animaz meā:in cunctis filiabus vrbis mee. Exponitur etiam passus ille a doctoribus mistice:intelligendo per oculū/manū/⁊ pedē/ oia extrinseca que nobis possimt esse occasio cadendi. Ex quo sumitur hec communis maxima/ꝙ nullus vere penitere potest nisi abiecerit facto vel proposito omnez occasionem que verisimiliter eum pertrahat ad peccatum.de quo/de peni.dist.5.c. falsas penitentias.⁊.c.negocium. ¶ Si forsan obiecerit aliquis / salus anime preferenda est saluti corporis. sed licet alicui se mutilare: realiter precidendo membruz ob salutē corporis.ergo idem licet/propter salutem anime conseruandam. ¶ Dico cum Thoma secunda secūde.q.65.ar.primo saluti spirituali potest aliter subueniri:cum peccatum subiaceat voluntati.non sic de corporali: Et vt dicit Crysostbomus Mathei.19.super ver

bo sunt eunuchi qui se castrauerunt: q̃ cõ=
cupiscentia non fit ita(scilicet per realẽ pre
scisionem)mansuetior/sed molestior. Aliũ=
de enim habet fomitis sperma:quod in no
bis est/ꝛ precipue a proposito incontinenti/
ꝛ mẽte negligẽti. Nec ita abscisio membri
comprimit tẽtationes:vt cogitationis fre=
num.¶ Ad quintum de vitatione excom=
K municatorum.hoc certũ est/q̃ non tenemur
iam aliquẽ excõicatum vitare in sacramẽ=
torum administratione vel receptione: nisi
sententia fuerit contra eum lata specialiter
ꝛ expresse.aut adeo notorie constiterit eum
eandem sententiã incidisse: q̃ nulla tergi=
uersatiõe celari possit/aut aliq̃ iuris suffra=
gio excusari.vt dicit quedã constitutio con=
cily Constantien in Basilien cõfirmata.ve
rum non licet eis ministrare sacramenta
qñ probari potest eos esse in peccato.argu=
mento.c.si sacerdos de officio iudicis ordi=
nary.Et an licite possint specialiter excom=
municato participare oẽs de quibus loqui
tur.c.qñ multos.11.q.3:vellem audire a pe
ritis.vbi dicit.apostolica autoritate ab ana
thematis vinculo hos subtrahimus.videli
cet vxorem/filios/seruos/ancillas/seu man
cipia/necnon rusticos/ꝛ seruientes.additur
necnon ꝛ oẽs alios: qui non adeo curiales
sunt.vt eorum consilio scelera perpetrentur
q̃ autem loquitur de subtractione ab excõi
catiõe minori:videtur ex.c.inter alia.d̃ sen.
excõi.¶ Sed pro proposito meo videre ha=
beo:an pro scandalo vitando/liceat cõmu=
nicare excõmunicato. cui alias cessante scã
dalo:non liceret cõmunicare. Et dico q̃ sic
quia vt dicit beatus Tho.17.dist.4.Prece=
pta iuris positiui/non se extendunt vltra in
tentionem precipientis:que est finis prece=
pti.ꝛ hec est charitas secundum Apl'm.1.ad
Thimo.1. Sed contra charitatẽ esset: si pro
inutili vitatione excõicati/graue scandalum
proximorum quis generet. Unde(vt dicit
Aug.)consilia separationis inania sunt/ꝛp
niciosa/atq̃ sacrilega impia/ꝛ superba: cum
contagio peccandi multitudinem inuaserit
ꝛ plus perturbant infirmos bonos:q̃ cor=
rigunt animosos malos.23.q.4.non potest
L Nõ autem satis sit precepta iuris positiui ser
uare ad intentionem precipientis ꝛ non se
cundum corticem littere:patet.11.q.3:quod
predecessor.vbi d̃claratur Bonifacius mar
tir non deliquisse coram deo:in eo q̃ exigẽ
te ecclesiarum necessitate communicauerat
malis sacerdotibus non consentiẽdo eorũ
iniquitati.de quibus iurauerat Gregorio:q̃
eorum consortia declinaret aut corrigeret.
vbi glo.sufficit ergo mentaliter aliquid ad
impleri:ꝛ non corporaliter.23.q.4.recedite
ꝛ pro illo faciunt notata doctorum in .c.ple
riq̃:de immunitate ecclesiarum de agendis
in foro conscientie. Non obstat.c. sacris de
bys que vi metusue cau.fi.vbi dicitur. licet
metus culpam attenuet:tamen eam nõ pror
sus excludit.cum pro nullo metu debeat q̃s
peccatum operari mortale:excõmunicatio
nis labe credimus inquinari /scilicet eum q̃
propter metum excõmunicato cõmunicat.
Nam vt dicit Tho.dist.18.4.ꝛ ockam pri/
ma parte dialogi.q.16.ca. illud loquitur de
participatione in diuinis. ꝛ multi aly expo
nunt textũ de cõmunione in crimine. quia
fundat se super cõmissiõe peccati mortalis.
Aliter tamen soluo textum q̃ loquitur:vbi
directe per metum agitur ad hocvt quis cõ
municet excõmunicato.vt vult Panor.post
multa assignans hanc differentiam: quare
per metum gladij non licet cõmunicare ex
cõicato:ꝛ bene propter metũ famis. 11.q.3.
qñ multos.quia metu gladij agitur direc=
te ad iniquitatem: non sic in necessitate fa=
mis. Maleficia autẽ proposito ac volunta=
te distinguntur.de sen.exco.cũ voluntate.g̃
vbi per metũ non agitur ad hoc vt cõmuni
cem excõicato:sed tercius nititur me inua=
dere inermem/si ope excõicati possim iniu=
riam repellere/ꝛ me a morte defendere: nõ
pecco si hoc facio. Et ne dedignentur domi
ni mei q̃ sic audeam textum iuris positiui
limitare: probo hoc ex iure diuino de ma=
chabeis.qui vbi directe agebatur ad trans=
gressionem legis per esum carnis porcine:
potius mortem elegerunt/ q̃ patrias dei le
ges transgredi.vt ptz.2.Macha.7. vbi aũt
sabbato ab inimicis expugnati sunt/ tanq̃
iermes: quibus nõ liceret bellare sabbato/
laudabiliter sabbati obseruationẽ omiserũt
in proposito aũt per scandalũ non agitur di M
recte ad hoc.vt.ꝛc.¶ Ad sextum dico q̃ pre
latus/nec licite docet populũ:cum suo pecca
to scãdalisaret nec licite omittit:propter ne
cessitatem sui officij.non tñ est perplexus. q̃
vt dicit beatus Tho.19.dist.4.potest:officiũ
suũ resignãdo euadere peccati laqueũ.¶ Et
si petatur:quale scandalũ generaretur in po
pulo/ex hoc q̃ prelatus episcop⁹ in peccato
publico doceret populum/non enim potest
dici/q̃ hoc fit:quia populus tunc existimat
eum peccare mortaliter. quia hoc licite opi

natur:cum sit manifestum peccatum .si hoc
sit peccare: in peccato publico vocere.⁊ non
videtur quō aliter scandalisatur. Dico ꝙ
scandalū illud interdum est:quia subditi ex
contrarietate vite ad doctrinā/sepe mouen
tur ad credendum falsa esse que docet.⁊ sic
in peccata ruunt. Nam vt dicitur in princi
pio decimi ethic.sermones de moribus qñ
discordant ab hys que secundū sensum vi
dentur:spreti atq; reiecti habentur.⁊ verita
tem interimunt.cū sermones minorem ha
beant fidē/q̄ opera.sed sermones consen
tanei operibus:fidem habent/⁊ prouocant
intelligentes viuere secundus ipsos. Idem
videtur velle Gregorius cum dicit.cuius vi
ta despicitur:consequens est/ vt eius predi
catio contemnatur. Etiam in exemplū ve
hementer culpa extenditur: quando pro re
uerētia ordinis peccator honoratur.83.dist.
nemo. Et capite languescente:facilius reli
qua corporis mēbra inficiuntur.6.q.1. sunt
plurimi. Idem videtur pretendere Apos
tolus ad Ro.2.qui in lege gloriaris: per pre
uaricationem legis deum inhonoras. no
men enī dei blasphematur per vos/inter gē
tes:sicut scriptum est. Et licet non semper ta
le vel simile scandalū passiuū sequatur:act̄
tamen de se est ad tale scandalum inducti
uus.⁊ sic semper est scandalum actiuum:li
cet interdū sine passiuo. ¶ Pro solutione se
ptimi premitto ꝙ sepe obligatione manen
te:eius effectus suspenditur.quō dicunt iu
riste actionem non tolli:sed exceptione eli
di. Patet illud in obligatione iuramenti in
vasallo ad dñm:que suspenditur per excōi
cationem dñi.vt vult glo.in.c. iulianus.11.
q.3.pro illo est.t. 15.q.6.nos sanctorum.⁊.c.
iuratos.vnde dño absoluto:statim obliga
tur iterum cū effectu. Similiter vult Tho.
ꝙ votū fily familias ante annos pubertat].
irritatione parentū suspenditur vsq; ad an
nos pubertatis.⁊ tunc tenetur votum im
plere. Idē tenet Palude post eū dist.38:4.⁊
inno.in.c.scripture: de voto ⁊ vo.redē.hoc
tñ non videtur verū:propter ea que dicun
tur in.c.placet:⁊.c.quidā intrauit.de cōuer.
cōiu.vbi post irritationē voti solemnis eius
qui sine consensu coniugis monasteriuz in
gressus est:declaratur cōiuge mortuo nō de
bere ingredi monasteriū rōne voti. Et pro
pter hoc tenet Panor.contrarium in d.c.q̄
dam intrauit.⁊.c.scripture. Concedo tamē
ꝙ etiaz ante annos pubertatis si sit doli ca/
pax:quoad deum/ obligatur ex voto vt ptz
Numeri.30.vbi dicitur de existente in eta
te puellari si aliquid vouerit nisi pater irri
tauerit.voti rea erit. si aūt statim vt audie
rit pater cōtradixerit:vota ⁊ iurameta eius
irrita erunt:nec obnoxia tenebitur sponsio
ni.eo ꝙ contradixerit pater. Quidā tñ sen
serunt oppositū.ar.c.postulasti.de re.⁊ tran.
ad reli. Nam vt ibi patet ex glo:olim habe
batur in illa decretali ꝙ ingressus tenuit:si
malicia supplebat etatez. Et licet subtractio
illius clausule:hodie aliquid operetur/ quo
ad forum iudiciale.ita ꝙ non debeant iudi
cialiter cogi ad voti obseruantiā:nihil tñ vi
detur operari quoad obligationē in foro cō
scientie. Nec ex textu omissa illa clausula:
plus habetur. Item qui de consensu vxoris
religionē profitetur ea remanēte in seculo/
nec perpetuam continentiā vouente:debet
per episcopū reuocari ad thorū vxoris vt di
citur.c.1.de conuer.coniu.⁊ sic tenetur debi
tum reddere: verus monachus existens.
Nam si ea mortua iterū contrahat:non te
net matrimoniuz vt dicitur eo ti.c.ex parte
primo. Et idē expresse dicit Tho.dist.27.4.
Et idē videtur de seruo retracto per dñz de
monasterio.sic in proposito dico: ꝙ in casi
bus vbi aliquid est faciendus contra verba
voti/obligatio voti suspenditur:⁊ sic non fit
aliquid contra veritatē vite/nec cōtra votū
nisi verbaliter. Et sic credo procedere:quod
in ar.tactū est/de necessitate parentū.quam
opinionē fouet Henricus de Gandauo q̄tli
bet.12. Immo per ingressuz religionis/ nō
plus videtur liberatus a precepto subueniē
di necessitati parentū:q̄ a precepto leuandi
extra puteū miserū aliquē.ad quē/nisi prela
to inuito cucurrerit extra districtū monaste
ry:suffocabitur in aqua. Nec per votū libe/
ratus ē/a precepto dādi e'emosinā:extremā
necessitatē patiēti/etiā sine licētia prelati.vt
tenet Tho.dist.15.quarti in ar.in quo oñdit
an liceat monacho elemosinā facer.qō etiā
dr glo.12.q.1.nō dicatis. ¶ Nō admitto tñ
ꝙ propter scandalū obligatio voti suspenda
tur:qz ad vitandū scandala proximi/solum
tenemur lege charitatis ad proximos. Et g̃
vbi e diuerso emergūt diuersa scādala: pro
uidendū est pluribus ⁊ grauioribus/sed ex
non obseruatione voti:verisimiliter emer
sura sunt in posterū plura scādala/q̄ possint
in pñti ex eius obseruatiōe emergere: ideo
nō tenemur talia scādala vitare.vñ in scan
dalis nō est solū habēda ratio pñt]. tpis:sed
etiā futuri. Et ratio huius:qd plus per se in

ducit scandala ⁊ alia plura/que magis docet prudentia quã ars. Dicat itaq; talis cuz Apl'o Christi bon⁹ odor sum⁹: ⁊ c̄. 2. ad co. 2. Credo tamẽ scandala que de presenti emergerent: esse iustam causaz dispensationis in voto. sed tunc nõ occurrunt scandala ex adverso ⁊ cõtraria parte. Et per hoc posset salvari glo. 16. q. prima de monachis. que dicit q̃ monachus assumptus ad clericatũ potest vesci carnibus: ne sit alys scandalo. Luz ergo assumitur in ar. per votũ non est deobligatus a preceptoviãdi scandalũ ĩ omissiõe huius actus: dico q̃ verũ est de directo/sz de idirecto. qz ,ppter votũ magis p̃ se essent ex omissiõe actus emersura alia scãdala. iã ad hoc nũc nõ tenet: vbi alas/sine voto ad hoc teneretur. ¶ Ad octauum/de facto Loth videtur dicere/Aug. in libro questionũ Genes q̃ ascribendũ sit eius perturbatiõi/quia cõpensatio in vicys periculosissime admittitur. ⁊ sic non est assumendũ in exemplũ nõ/stre actionis 14. dist. quod ait. in libro autez contra mendaciũ dicit Loth sic voluisse prostituere filias/tanq̃ si improbis dñis seruos suos cedendos offerret: ne hospites eius paterentur cedis iniuria. sed in neutro passium assertiue loquitur. Et videtur probabiliter dici posse/q̃ in hoc contra veritatẽ vite/non egerit: sed soluz condicionaliter sua sit minus maluz/si a peccato nollent desistere. quod licitum videtur. dicit enim Aug. si facturus est quod non licet: iam faciat ad ulteriũ/nõ faciat homicidiũ. 33. q. 2. si quod verius. immo videtur ex charitate procedere/si volenti rapinam facere: suadeaz vt potius a diuite q̃ pauere ⁊ parũ habente rapiat. Nec videtur voluisse prostituere filias contra mandatuz dñi allegatũ. cuz prostituere sit inducere: vt volens fornicetur. Loth vero solum voluit. vt zodomite/potius per vim corrumperent suas filias: q̃ maius nefas tolleraret in hospites. sciens eas nõ perdituras pudicitiam: si in apprehensa vel op/pressa sua carne expleatur libido non sua. 32. q. 5. ita ne. Nec potest corpus corrumpi: nisi prius corruptus fuerit animus e. cau. ⁊ q. non potest. ¶ Ad nonum. Quoad materiaz huius sentit beatus Tho. 38. dist. 4. q̃ nõ licet homini (vt verbis eius vtar) se dimittere mori fame/anteq̃ idolothitum comedat. quia sic sibi ipsi man⁹ inyceret. ⁊ sic malo pene: iungeretur malum culpe. Idez sentit dñs Altiß. q. 16. q̃rti. addens/q̃ tñ debet facere q̃tum in se est ne scandaliset/prostando in publico q̃ nisi comedat morietur fame. ⁊ tunc non scandalisat. licet forte alys scandalisentur. Cõtrarie opinionis fuit Lãcellarius Parisieñ/in tractatulo de abstinẽtia Carthusieñ a carnibus: dicens q̃ liceat eis in necessitate etiam extrema/non vesci carnibus ad vitandũ scandaluz. ne ab alys trahatur ĩ exemplũ: ⁊ rigor ordinis ex toto dissoluatur ⁊ depereat. Unde dicit/ estimo plane neminẽ sane intelligẽtiũ/dubitaturũ: quin hoc possit. ⁊ plures spero dicturos fore: q̃ ad hoc pro scandali vitatione obligetur. siquidem plus est aia proximi: q̃ corpus proprium aut esca. Allegat pro se: si esca scãdalisat fratrẽ meũ. ⁊ c̄. 1. ad Corin. 8. Ex quo ibidẽ concludit q̃ qui nullo vesci permittitur/ nisi idolothito. si ex hoc verisimile seu probabile scandalũ immineat fratribus: debz ab esca abstinere. hic fortasse facile respõdebit. sumptio cibi est õ veritate vite. ⁊ iõo non est propter quodcũq̃ scandalũ pretermittenda. Adduco igitur rationẽ aliaz/quã (⁊ si nisus suz) soluere nõ potui. 2. Macha. 6. de Eleazaro qui vt ibi dicitur vnus erat õ primoribus. i. excellentioribus scribarũ/vir etate prouectus ⁊ vultu decorus. qui duz cõpelleretur carnẽ porcinã comedere: gloriosaz mortẽ magis q̃ odibilem vitã ꝓplectẽs voluntarie preibat ad suppliciuz: animo destinans non admittere illicita propter vite amorẽ. Astantes iniqua cõmiseratione cõmoti: propter antiquã viri amicitiam: secreto fecerunt afferri carnes quibus vesci ei 'licebat. vt simularetur mãducasse: vt rex imperauerat de sacrificy carnibus. ⁊ hoc ficto a morte liberaretur. ille secundũ sancte ⁊ a deo condite legis constituta respondit: premitti se velle in infernum/nõ enim etatem nostram (inquit) dignũ est fingere: vt multi adolescentes arbitrantes eleazaruz. 90. annorum trãsisse ad vitam alienigenarum. ⁊ ipsi propter meam simulationez: ⁊ propter modicum corporalis vite tempus decipiantur. ⁊ propter hoc maculam atq̃ execratio/nem mee senectuti cõquiram. Nam ⁊ si in presenti tempore/supplicys hoium eripiar: sed manum omnipotẽtis/ neq̃ viuus neq̃ defunctus effugiã. Cunq̃ plagis opprimeretur: ingemuit/ ⁊ dixit. domine qui habes sanctam scientiam: tu scis quia cum possem a morte liberari duros corporis sustineo dolores/ secundum animam vero/propter timorem tuum/ libenter hec patior. ⁊ hoc modo vita decedens: vniuerse genti

memoriā mortis sue ad exemplum virtutis
⁊ fortitudinis reliquit. Si iste vt textus ibi
dicit/ secundū diuine legis constituta respō
dit/⁊ propter timorem dei cuius manus nec
viuus nec defunctus effugere posset/hec pa
ti debuit:certum mihi videtur/ q̃ cū scanda
lo proximorum/non liceat propriam vitam
saluare idolothitum comedendo. Nam sine
scandalo:fuisset ei licitum vti illa simulatiōe
in tutelam sui corporis. exemplo Dauid qui
coram Achis rege/simulabat se furere.vt sic
manus eius euaderet.1.Regū. 21.⁊ exēplo
Jehu: de quo. 22.q.2. vtilem simulationē.
Istud probo ratione sic. Quicūq; prefert sa=
lutem sui corporis saluti spirituali proximi
inuertit ordinem diligendi:cū teneatur plus
animam proximi:q̃ propium corpus dili=
gere. Dinc.1.Joan.3.dicitur in hoc cogno=
uimus charitatem dei: quia ille pro nobis/
animā suam posuit.⁊ nos debemus pro fra
tribus animas nostras ponere .ergo. Pro=
pter hec dico/q̃ vbi non posset vesci idolo=
thito sine verisimili scandalo proximi: de=
bet potius mori q̃ cum scandalo vitam sibi
seruare. Quod aūt hoc liceat:probo ex simi
li.quia existens in acie belli/⁊si possit sibi vi
tam saluare fugiendo : licite tamen preeli=
git propys periculis/vniuersorū tranquilli
tatē seruare.ergo similiter.⁊c̄. Et si liceat:te
netur iuxta primam partē correlary. Istud
sub ambiguo tetigit Tho.2.2.q.69.articulo
4.vbi dicit.iniuste condemnatus/ licite po
test per violentiā/ malis principibus resiste
re:nisi forte propter scandalum vitandum.
cum ex hoc aliqua grauis turbatio timere
tur. Cum igitur infertur/in ratione q̃ ergo
aliquid faciendū est contra veritatē vite:⁊c̄
nego consequentiā.⁊ ratio est:quia hoc ca=
su,propter scandalum emergens tollitur effe
ctus obligationis precepti necessitatem cor
poralem reficiendi. Pro quo noto hanc re
gulam.quā effectualiter a quodam precepto
re quondam accepi. Quandocunq; duo pre
cepta contraria circa idē factum concurrūt:
illud sequendū est/quod plus ligat.tunc eni
obligatio alterius suspenditur/quoad illud
factum:propter equitatem maiorē alterius.
Patet hoc de precepto reddendi depositum:
⁊ precepto preseruandi alium a morte cum
possimus.que concurrunt:dum quis repos
¶ Ad secundũ cum dicitur/ sic nullum esset probabile dubium an certo precepto teneamur obedire:nego sequelam.Et ad probationem respondeo/quod non est certũ quẽlibet in tali dubio debere obedire/ ratione dubietatis:sed solũ dubitantẽ.⁊ ergo si quis non dubitet/⁊ agit partem licitam quaz credit licere:non peccat.secus si sit in errore.qz tunc ponitur agere contra legem/ ⁊ peccabit:nisi ignorantia eum excuset/ si negans obedientiam:cum recte estimat sibi licere. audiat doctos asserere ꝙ teneatur.tales in quã quibus merito deberet credere/ vel ad minus de facto suo dubitare:non poterit sine magna temeritate in sua fide ⁊ estimatione remanere.oportet enim boues arare:⁊ asinas iuxta eas pabulum querere.non seorsum ⁊ segregatim a bobus. ¶ Ad terciuz dico/ sicut detentio alieni est licita domino volente actu elicito vel debito vt pulchre dicit Scotus disti.15.quarti. Ita in proposito denegatio obedientie/ quam alteri tenetur quis prestare in dubio:fit licita/ si superiori placeat vel placere debeat/vt nõ obediatur cum ergo in dubio seruitutis ex obedientia tantum preiudiciuz immineat ei/cui preceptum sit vtputa fornicandi vel eam perpetuo pro vxore tenendi/ vt superior debeat stare contentus si non obediatur. dico cum Beato Thoma.⁊ alys ꝙ non tenetur obedire.idem est de eo qui contraxit sub cõditione castitatis seruãde:postq̃ incepit dubitare an cõsensus talis efficeret matrimonium/⁊ alias non vult remanere cum illa. Q̃ autem superior sit contentus actu debito:patet quia alias non pateret tali via recedendi iuridice sine peccato medio ab vxore.vt probat argumentum: ⁊ hoc vxore sibi volente adherere ⁊ debitum exigere.

¶ Secundum puuctum.An actus qui dubitatur probabiliter esse peccatũ mortale: cadit sub obedientia vel obligatione. ¶ Et arguo ad partem affirmatiuam. Primo auctoritate August. libro contra Manicheos. vbi dicit iustus si forte etiam sub rege homine sacrilego militet:recte potest illo iubẽte bellare.si vice pacis ordinem seruans:qõ sibi iubetur vel non esse contra dei preceptum certum est.vel vtrum sit:certum nõ est 23.q.1.Quid culpatur.ergo in probabili dubio peccati mortalis licet obedire.ꝙ si licet indubie tenemur. cum tota causa releuans nos ab oligatione obediendi: esset dubium talis actus vtrum sit mortalis vel non. tenet consequentia quia cum dubitatur:certum non est/esse contra dei preceptum.iam iuxta allegata verba Augusti. tunc licite obedit:cum quod precipitur.⁊c. ¶ Secundo sic cõiunx dubitans de matrimonio an teneat vel non propter dubium de vita prioris coniugis: tenetur debitum reddere.ergo in dubio peccati mortalis/ tenetur quis obedire.consequentia tenet. quia non teneretur ad hoc coniunx ad exactionem coniugis:si non etiam subditus ad preceptum superioris. Antecedens probatur expressa determinatione ecclesie de secũdis nuptys c.dñs.vbi dicitur. Qui de morte prioris cõiugis adhuc sibi estimat dubitanduz: ei qui sibi nupsit debituz non deneget postulanti. quod a se tãmen nouerit nullatenus exigẽdum. ¶ Tercio sic. quedam videntur apud doctores dubia neutra de contradictorys: ad quod ipsorum sumus obligati seu quod liceat.ergo saltem si accedat ibi preceptum pro altera parte:necesse erit in tali dubio obedire.consequentia tenet.quia ibi priusq̃ preciperetur:pars illa erat eque dubia.ergo postquam precepta fuerit nisi quis obediat:exponit se periculis pluribus.puta periculo peccati ex dubio/ de contradictorys quod eorum liceat/ ⁊ periculo inobedientie. Antecedens probatur exemplariter

de cōsensu metu mortis extorto: an sufficit ad matrimonium. vt patet per doctores. 29 dist. quarti. ⁊ licet cōmunior sit opinio partis negatiue: alia tamen nō videtur minus probabilis. ⁊ defensatur per docto. iuris canonici. in. c. cum locum. de spon. in. ca. inter cetera. 22. q. 4. Si igitur post hoc contrahat cum alia in facie ecclesie/ quam cognoscat: dubium est/an secundum teneat. si ergo ibi accedat preceptum: videtur obligari adherere secunde. ¶ Item problema neutrum videtur an matrimoniuz contractum contra consuetudinē loci (que scandaluz generat) nondum approbatam a papa: tenet vel non de quo per Panor. ⁊ alios in. c. super eo. de cogna. spirituali. ¶ Ad oppositum arguo. Primo sic/ votum aut iuramentum non ligat ad actū in probabili dubio peccati mortalis: ergo nec quodcunqz superioris preceptum. tenet consequētia. quia fortius ⁊ efficacius obligant illa q̄z preceptum superioris. Antecedēs patet. si quis iuret pro bono patrie ne maneat sine certo successore quolibet mense semel exigere debitum coniugale donec vxor impregnata fuerit. si tali egritudine laborет q̄ sine probabili discrimine vite/ hoc non posset: non teneretur iuramentum seruare. item si interea oriatur probabile dubium de impedimento affinitatis aut cōsanguinitatis inter ipsum ⁊ vxorem: certum est q̄ non tenetur cognoscere aut saltem exgiere. quod tamen iurauit. qz ad hoc nō potuit iuramento obligari. Et si constante dubio voueat/ aut iuret: iuramentum est temerarium. ⁊ periurium carens iustitia. iam q̄ presens impediret votum aut iuramentuz: hoc in voto vel iuramento prius facto intelligitur exceptum. ¶ Secundo sic/ ad cuius preceptum non licet se scienter morti exponere: ad eiusdem preceptum nō licet se probabili dubio seu periculo mortis exponere. ergo ad nullius preceptuz licet se periculo seu dubio mortalis peccati exponere. cōsequentia tenet quia ad nullius preceptum posset se scienter peccato mortali seu morti aīe exponere. ⁊ pari passū currunt certa mors ⁊ periculū seu dubiū probabile mortis anime: sicut i morte corporis assumit argumentū. Antecedens probatur quia illa ē causa: quare vxor nō tenetur furioso ōbitū reddere cum corporis periculo. secus si sine eo vt dicit Ricar. 35. dist. 4. arti. 4. item tradit doctor subtilis pro regula. 32: dist. 4 vbi est probabile periculū de extinctione fetus vt q̄ fiat abortus/ aut nascatur ples leprosa cum aliter posset suscitari sana. nō tenetur vxor debitū reddere/ quod euidenter fundatur in illo leuitici 20. qui coierit cum muliere in fluxu menstruo ⁊ reuelauerit turpitudinem eius ipsaqz aperuerit fontem sanguinis sui: interficientur ambo in medio populi sui. idem antecedēs videtur fundari. 2 regum. 32. vbi Dauid qui prius aquam cōcupierat: allatā cum periculo corporis respuit. ita inquiens. num sanguinem hominum istorum bibam q̄ profecti sunt: ⁊ aiarum periculū bibā/ libans eaz dño. quasi diceret non licuisset mihi hoc casu periculum corporis: sicut nec mortez precipere. ideo ne temeritatem tanq̄z virtutem probem: recuso bibere. irrationabile aūt videtur q̄ ad exactionem teneatur coniugale debitū soluere: cū probabiliter dubitet/ an actus ipse coiugal' erit fornicatio: ⁊ nō teneret cū pbabilit̄ dubitat an act⁹ ipe erit sui ipsi⁹ aut fetus extīctio. cū ibi ēt sit solū dubiū impediměti: ⁊ nō certa scia ¶ Tercio si illud precipiat operari propheta qō eius precepto nō interueniente esset peccatum mortale. non tenemur ei obedire: donec certissime ostēdat se missuz a deo: ⁊ esse dñi prophetā/ ⁊ nō in dubio probabili. ergo similiter non tenemur ad exactionem coniugis: ō quo probabiliter dubitamus/ an cōiunx sit/ actū exercere qui sine eius exactiōe esset nobis mortalis/ propter dubiū fornicationis. ⁊ idem iuris videtur respectu superioris in subdito. Aliis patet. per illud. 3. regum. 13. vbi Sad propheta quia cito credidit pseudo prophete fingenti se a dño mandatum habere/ quatenus Sad reductuz pasceret in bethel/ ⁊ sic expirasse preceptum/ prius Sad de cōtrario factū: a leone percussus interyt. vt inter prandendum idē propheta qui eum reduxerat: sibi prenunciauit in sermone domini. hinc dñs altissio. tractans illud. 3. regū. 20. cum dixit micheas in sermone dñi percute me: nolenti penam prenunciauit/ quia (inquit) noluisti audire vocē dñi ecce recedes a me/ ⁊ percutiet te leo: dicit generaliter verū: quod in his que sunt contra dei mandata: debeat expectari/ donec habeatur certū signū de propheta/ vel discretiōe spirituū. 1. Io. 4. probate spūs si ex deo sint qiñ multi pseudo prophete exierūt in mundū. ⁊ ideo dicūt doc. Abrahā nequaq̄z tentasset in molare filiū suū: si nō certissimus fuisset ō dei reuelatiōe Altissi. ibidē. ⁊ Tho. 2. 2. q. 17. ar. 5. idē ptz ex verbo salua. Io. 15.

si opera non fecissez in eis que nemo alius fecit:peccatum non haberent.ita q̃ sola certitudo attestationis miraculorum:z nõ probabilis dubietas arguit iudeos infidelitatis.ergo similiter de propheta quocũqz alio Tum etiam quia nisi sic:necesse esset obedire dyabolo precipienti immolationez filij/ aut depredationẽ iniusti hominis:quãdo sũtilibus signis appareret vt probabiliter dubitaretur esse Christus.aut tunc ipsum adorare:cum probabiliter dubitatur/ an sit ille cui latria debetur. quod non licet.etiam si portentum predixerit:z euenerit:vt fundat August.in illo Deutro.13.si surrexerit in medio propheta.zc.vt patet.26.q.5.c.nec mirũ ergo similiter/ cum probabiliter dubitatur aliquis esse maritus aut prelatus:non debetur sibi actus/qui soli vero marito aut prelato:ratione coniugij aut prelationis debetur.propter dubium probabile de actu.

A ¶ Pro solutione primo videndum est. quid liceat homini agere per se:aut ad preceptum prelati:cum probabile dubium est de contradictorijs/quod eorum liceat. Secũdo quid ad preceptum prelati/cum alterum tantum ante preceptionem est dubium an liceat:et oppositum certum est licere. Quoad primũ dico q̃ iusta statera librãde sunt ratiões vtriusqz partis. vt que pure rationis acumine/ comperte fuerint/validiores (ceteris paribus)vincant etiam affectum.vt eis obediatur. ¶ Addo notanter/ceteris paribus.quia si alterum efficacius probetur veniale/z contradictorium minus efficaciter mortale: estimo q̃ licet subire verisimilius periculum minoris peccati:vt vitetur minus verisimile periculum grauioris.cuius simile est in periculis amittendi facultates aut membra: minus aut maius. Assignare autem in singulis quo gradu grauitas peccati preponderare debeat verisimiliori periculo minoris peccati:aut econtra:non cadit sub arte. sed de hys docet prudentie consilium z vnctio quomodo docto.dicunt de honesto necessario z debito attendendis in elemosinis faciendis/vel exhibendis beneficys/quando vnum alteri debet preferri:quod sumptum videtur ex Philosopho quarto.Ethicorum. ¶ Principale probatur quia stante equalitate peccati vtriusqz:si pro altera fuerit efficaciores rationes:ibi est maius periculum. z ita partem illam agendo submitteret se maiori periculo/verbigratia.maior.14.annis infra annum probationis professus ordinem mendicantium/z statim post exiens contrahit matrimonium z consummat/hic penitens facti dubitat an posset vxori postulanti debitum reddere: consulit Beatum Thomam.quem repperit quarto sententiarum distinc.27.in solu.ad vlti.dicentem:q̃ talis professio non soluit matrimonium nõ consummatum/quemadmodum nec votũ simplex/sed vt dicit habetur pro nulla:iuxta decretalem nouam. Ex quo euidenter sequitur eam etiam non posse dirimere matrimonium post contractum. quod reperit de facto consuluisse doctores Bononienẽ vt refert dominus Anthoni. c. rursus .qui cle.vel vo.quos etiã sequitur dominus Angelus in summa:que vulgo angelica nominatur z ita horum opinio est:q̃ licite potest debitum reddere. ¶ Pro opposito repperit dominum Pe.de Palu.distin.18.quarti dicentem q̃ professio tenuit z obligatur religioni in genere.ita q̃ sit monachus.exquirit fundamenta vtriusqz opinionis. z tandem reperit fundamentum prime esse: quia talis professio non obligat religioni cui primo facta est.sit gratia exempli ordinis minorum.iam votum non dirimit matrimonium post contractum:nisi sit solemnisatum per sacri ordinis susceptionem vel promissionem tacitam/vel expressam factam alicui de religionibus approbatis. vt dicitur.ca. vnico de vo.libro sexto z sic non videtur esse in proposito.cum non ligetur alicui certe religioni/quod fundamentũ videtur non esse efficax. Non enim sequitur ex professione facta non ligatur religioni quam professus est: ergo non fecit professionem alicui de religionibus approbatis/ etiam solemnisando sufficienter votum/ad effectum dirimendi matrimonium post contractum: nam qui in religione non mendicantium infra annum suscipit habitum professorum: tacite professus est.vt in.ca.constitutionem de regularibus libro sexto:ex qua tamẽ: vt ibi dicitur/non obligatur illi religioni: sed religioni in genere.de quo tamen dicit Johannes Andre.Si cõtrahat nihil facit.z post ipsum Panor.in.ca.consulti.extra de regularibus. quanq̃z reprobet ibi z forte male communem opinionem Innocenty. Hostien. Joan. Andree: z generaliter omnium preter dominum Cardinalem : quem in hoc sequitur de eo qui absolute vult mutare vitam:z sumit habitum nouiciorum. estimo quod talis secure non obstante sua

dubitatione:posset negare debitum/sequendo opinionem Palude.quod posset exemplificari:testator disposuit in testamento.vt satisfactis omnibus legittimis debitis :remanēs distribuatur pauperibus.constat legittime executori/q̃ non de omnibus solverit decimas.ibi propter dubium de decimis.ꝛc. ¶ Itē episcopus precepit detegi personam que deliquit: que dum confiteretur non penituit/ dubitat sacerdos :an teneatur propter opinionem iuristarum in capi. omnis vtriusq̃ sexus.de peni. ꝛ re. ꝛ aliorum contrariam. ¶ Si vero post debitum examen rationes appareant eque efficaces respiciendū est ad grauitatē vtriusq̃ partis vt quod esset grauius peccatū/declinem⁹/ minori nos subdendo. vt vult consiliuz tolletanum.13.dist.duo mala.ꝛ Grego.eadem dist.c.nerui.si vero rationes fuerint pares ꝛ peccatoruz equa grauitas:in oio paribus locus videtur gratificationi. Si tamē ex affectu se sentiat ad alterū magis inclinatuz:tutius videtur vt illi se submittat ad quod minus inclinatur.eo q̃ affectio semp facit pl⁹ apparere:que pro se faciunt.ꝛ ita rectum iudicium impedit.hoc vltimo casu obediendū est indifferēt in ea parte que precipitur. Si rationes pro vna parte sint efficatiores in equalibus peccatis/aut pares in inequalibus/eiusdem tñ generis puta mortalis vl venialis/si precipiat pars periculosior/id est grauior in qualitate peccati/aut minus probabilis:non tenetur obedire.quia contra legem nature precipit. qua iubemur in periculis peccatorum semper minima sumere. nisi superior talis fuerit:vt eius preceptiovi auctoritatis habeat:faciens alteraz partem plus vel eque apparere.vt potest esse ratione doctrine ꝛ sanctitatis insimul concurrentiū vel ratione indefectibilitatis:vt tenetur de consilio generali:nec quis isto modo agens dubium amat periculum.quia nō censetur amare:nisi cū liberum esset ei tale periculū euitare sine incursu alterius maiozis vel equalis. ¶ Quoad secundum videlicet cum alterum contradictoriū tantuz cadit sub dubio an licet: ꝛ hoc precipitur vel tanq̃ debitum exigitur.aliqñ credidi distinguendum puta vel est dubium licere propter dubietatem circūstantiarum.que labefaciunt vel iustificant actum:vt in actu debellandi.qz dubitatur an subsit iusta causa. vel ī matrimonio qz dubitatur/an subsit ipedimētū ꝛ q̃ in illis tenemur obedire:iuxta Aug.sententiā in dicto.c.quid culpatur. ꝛ determinationē ecclesie in dicto.c. dominus.pro quo etiam allegari solet.c. inquisitioni de sen. excom. aut est dubium iuris/ cognitis rei nature ꝛ omnibus circunstantys.vt in problematibus doctorū est de hoc:an aliquid liceat an non.ꝛ q̃ in tali dubio licet negare obedientiaz:tanq̃ in illicito nō cadēte sub obedientia. ¶ Sed diligentius examinans non reperi in hoc esse differentiam.quia dubietas iuris non arguit periculum rei: sed solum quo ad animū dubitantis Nam si rationes alterius opinionis nō inducant eum in aliquam dubitationem/ꝛ vacillationem mentis:non peccat ratione duby. Exempluz de solutione integre decime predialis: ꝛ personalis: de qua cōiter iuriste.ꝛc. vide Panor. in.c. in aliquibus de decimis. Sicut si causa probabilis ex qua videtur impedimētum matrimony fuisse/non moueat maritum ad dubitanduz/puta quia confidit probitati vxoris/quāuis iam sciat vxorem fuisse illam quam ante matrimonium vidit cum consanguineo solam cum solo/nudaz cum nudo:non peccat ratione duby/etiam exigendo debitum/ licet posset vtrobiq̃ accidere/ q̃ peccet contra legem ignorantia ipsum non excusante:vt cum talis est:qui tenetur ex illis causis credere vel ad minus probabiliter dubitare.sicut si opinio medicorum non faciat egrum imperitum medicine/ dubitare q̃ hoc sit ei mortiferum/qō maxime appetit:non propter hoc excusatur a suiipsius nece ꝛ interfectione / si contra preceptum eorum comedat. ¶ Dico igitur non faciendo aliquam differentiam duby iuris a dubio propter circūstantiaruz dubietatem pro conclusione responsiua q̃ nullus dubitans de actu an sit mortalis an non:licite obedit ipso sic dubitante.probo sic/quia nullum superioris preceptum liberat seu eximit hominez ab obseruatione iuris diuini vel naturalis.sed agere contra dubitationem peccati mortalis est iure nature prohibitum:sicut agere contra conscientiam peccati mortalis.ergo nulli licet sic obedire. Minor patet quia circumscripta omni lege positiua dei.ꝛ hominum:adhuc quodlibet talium esset mortale peccatum. consequentia tenet: quia hoc esset obedire contra preceptum negatiuum iuris nature ꝛ precepta negatiua obligant semper.ꝛ ad semper. Preterea qui probabiliter dubitat de seruitute vxoris. non tenetur ei

etiã mandãte ecclesia reddere debituz. vt dicit Tho. similiter Ricar. dist. 36. 4. ⁊ est meo iudicio necessario sic dicendũ: vt ptz ex allegatis in 3. ar. 1. arti. ergo a minori non tenetur cũ probabiliter dubitat an actus erit fornicatio. cõsequẽtia tenet. qz ad ꝑmũ/secũdũ doc. non tenetur. qz sic vel fornicaretur vel sibi preiudicaret/quo ad temporalem obligationẽ: si eaz maritali affectu cognosceret. Cum ergo propter periculũ anime tenetur multo maiora ꝑiudicia subire/ vt scilicet piculũ aĩe euadat: sequitur propter tale periculum ipsum nõ teneri. iuxta regulã si vinco vincentem te: multo fortius vinco te. le. de accessionibus. ff. de diuers. ⁊ tpali. prescrip. Et quid stultius/q̃z in dubio seruitutis si vxor velit vxorio affectu ipsum cognoscere/ ⁊ nõ solũ quasi ex primo cõsensu/ ꝙ tunc reddere non teneatur: ⁊ tenetur vxore volente ⁊ petente debitũ quasi ex primo cõsensu solũ. ex quo sic solũ esset periculũ fornicatiõis ⁊ non preiudicij tpal'. Et ne solus existimer hoc calle nõ trito incedere ⁊ rationibus noui ter emergentibus docto. sniam pro meo affectu trahere repugnãtẽ: allego probatissimũ illũ theologũ dñz Gulhelmũ altissidio. qui tercia parte summe sue agẽs de perplexietate opationũ: querit q̃d si dubitet an sit sua. ea petente debitũ. si reddat/ peccat mortaliter/qz dubitat eã esse suaz. ⁊ si nõ reddat similiter. respondetur recurrendum est ad episcopũ/dũ tñ dubitauerit reddere nõ debet hec ille. ¶ Obycies fortasse ⁊ si forte posses negare ꝙ ecclesia determinauit ĩ dubio pctũ mortalis esse obediendu: nequaq̃z tñ ĩficiari poteris probabilẽ docto. opinionẽ ꝓ tenere. vnde beatus Tho. 38. disti. 4. in fine dicit: ꝙ si cã facit certitudinẽ de vita prioris viri nec debet reddere nec exigere. si probabilẽ dubitationẽ debet reddere. sed nõ exigere. si aũt sit leuis suspicio põt vtrũq̃z licite facere. qz debet illaz cãm potius abycere q̃z ꝓm hoc cõscientiã formare. Idem vult dñs Petrus de tarẽtasia eadẽ dist. Palude dist. 36. dicit sic preceptũ esse per papã in. c. inquisitioni de sen. excõ. ⁊ circunscripto precepto pape nihilominus sic esse agẽdũ ⁊ dicendũ/ qz de non reddendo neutra pars est certa. si enim est matrimoniũ: reddere est iusticia. si non: est luxuria. sed quia presumptio est pro matrimonio nõ est equale dubiũ hincinde. immo si equale esset dubiũ puta vna sententia lata est pro matrimoio/alia cõtra/ ⁊ neutra transiuit in rem iudicatam/adhuc quia nullus est spoliandus possessione. ⁊c̃. Et idẽ concorditer videtur dicere oẽs doctores/ ⁊ glo. iuris cano. in. c. dñs de secũdis nuptys. ⁊ in. c. inquisitioni de sen. excõ. Sed in dubys pars minus periculosa est eligenda/ q̃ licet obedire vel debituz reddere in dubio peccati mortalis. ¶ Et videtur efficacius cõfirmari ex hoc: qz sicut occidere hominez legittime seu publice auctoritatis potestate: nõ est cõtra prohibitionẽ homicidij/sed occidere hoiem talis potestatis autoritate nõ interueniẽte. ita similiter videt ꝙ agere dubium peccati mortalis ad mãdatuz supior. aut alterius exactionẽ/qui probabiliter dubitatur ius habere: non videtur cadere sub prohibitione iuris nature/quo prohibemur dubiũ tale agere/sed solũ propria sponte seu libere tale quid agere. Asserere igitur ꝙ in tali dubio obedire nõ licet/videtur dare pedẽ inobedientie: ⁊ declinare corda simplicium in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis/vt effrenate audeant negare obedientiã propter dubiũ peccati affirmantes sibi hoc licere ex precepto iuris nature. ¶ Respondeo ad primũ q̃ad hoc doc. videntur loqui secundũ methas fori exterioris ad quod scilicet ibi quis cogẽdus sit. ⁊ quia aliud pretendentes contradicunt sibiipsis ex illo quod dicunt aut dicere habẽt de dubio seruitutis: nõ credo ex dictis eorꝝ in ea parte posse argui probabile dubium. ¶ Ad secũduz dico ꝙ sicut a lege nature nõ agendi contra conscium mali/nõ excipitur/ q̃s mandato superioris vel exactione eius qui dubitatur ius habere. ita nec a lege nõ agendi/quod dubitamus esse mortale. propter quorum paritatem/videtur Hostiensis illum errorez incidisse/ vt tandẽ in summa amplexaretur opinionẽ/ꝙ cum certitudine seruitutis vxoris tempore litis pendentie/ posset ad mandatũ ecclesie vxori petenti/debituz reddere tanq̃z illi cui moueretur questio status/quasi ex primo cõsensu ⁊ sine nouo: cum tñ sciat tunc ibi non esse matrimonium. ad quod sequitur actum esse fornicarium. ergo si hoc exciperetur maxime foret ideo: quia superueniente in dubio precepto superioris/tenemur obedire. vt etiaz volũt aduersary/cuius contrarium euidenter deduci potest ex his que dixi de redditione debiti cuz dubitat de seruitute vxoris. ex quo sic non pateret viro via recedendi licite ⁊ sine peccato medio/ab vxore: quam dubitat seruaz esse vt supra patuit. Nec est simile de

occidendo hominem legittime potestatis autoritate interueniente:cuz hoc manifeste doceat excipiendum a prohibitione occidēdi/scriptura sacra/z ratio.secus hic.sed simile foret:si ad mandatuz publice potestatis liceret occidere eum/qui nondum conuictus est malefic⁹. sed probabiliter dubitatur qō certum est non licere. propter quod in lege preceptum erat neminez debere mori.vno tantum contra eum dicente testimoniuz.vt patet,deutro.19.vbi expresse prohibetur añ debitam veritatis inquisitionē: in quemq̄z damnationis sententiaz proferri.z idem si constet principem ex dubia causa velie mouere bellum: maxime de quo dubiuz est/an sit verus princeps.quare enim in dubio obligabimur ei quem dubitamus principem esse/obedire:z nō prophete/ aut alicui apparenti in effigie Christi qui probabiliter dubitatur esse Christus:¶ Luz additur q̄ do pedez inobedientie. Respondeo q̄ multo sincerius eam seruandam cōmendo:cum post apostolos doceo/ obedire oportet deo magis q̄z hominibus.act.quito. Nec eget obediētia meo mēdacio:vt loquar pro ea dolū. Non tamen dico omnem dubitantē liberū ab obedientia/quidā enim irrationabiliter dubitant:aut sine ratione credulitatem seu conscientiam sibi formant.quos sua dubitatio aut etiam conscientia/ nequaq̄z a lege obedientie liberat: sed merito peccatorū suorum tale quid incidunt.vt in eis compleatur illud apoca.22.Qui nocet noceat adhuc z qui in sordibus est sordescat adhuc.vnde quod magis est dicit Ricar.4.sententiarū. z post eum Astensis z plures aly. Si vxor credat marito asserenti se dolo contraxisse matrimoniuz/puta mentitum fuisse contrahendo:quod tamen credere non tenetur iuxta.c.per tuas de probatio.si post asserēti viro q̄ tunc mentitus sit:z primo vere contrahit.si adhuc credat primuz:est perplexa ipso petente debitum.siue enim reddat/siue non reddat:peccat reddendo/contra cōscientiā. z non reddendo:contra legem coniugy.q̄z licet primo sibi preiudicauerit:tamen per reuocationem/credo/expirat hoc preiudiciuz quia concordat verbis.quibus i contractu expressit suū consensuz de presenti.Et doc. subtilis dist.30.4.admittit illam perplexitatem stante credulitate:quod limitandū credo/quando tales circunstantie occurrunt i viro:vt merito sit ei credendum:cuz se dicit de dolo mentituz fuisse:z mulier posset credere/sed ex animi pertinacia aut consimili causa iniqua nō vult/alias estimo durat preiudicium viri:quemadmodum/si vxori egritudinem intulerit propter quam debitū reddere non valet/q̄z diu illa egritudo durat/sine culpa mulieris.secus vbi vellet taliter egrotare:vt vindictam sumat de viro eidem debitum non reddendo. ¶ Ad rationes ante oppositum. Ad primum dico primo/quia verba consequētis non possunt extendi ad sensum cuius opposituz non repugnat añcedēti:cū hoc impediat bonitatē cōsequētie.Et Aug.ex isto añcedēte p̄misso. ordo ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit:vt suscipiendi belli autoritas atq̄z consiliuz penes principes sit. ſz si humana cupiditate bellum geritur: non nocet sanctis in quos non habet quisq̄z potestatem/nisi desuper datā. non enim ē potestas/nisi a deo siue iubente siue sinente:infert immediate hoc consequens. ergo vir iustus si forte etiam sub rege homine sacrilego militet:recte potest illo iubente bellare.si vice pacis ordinem seruans quod sibi iubetur vel non esse contra dei preceptum certum est:vel vtrum sit:certū non est. Hoc antecedens loqtur soluz de eo quod est cōtra dei preceptum ex animo indicentis seu mouentis bellum.puta si ex cupiditate: de quo alys constare non potest. cum affectus animi soli deo pateant. ergo cōsequens nō potest extendi ad dubiuz essendi contra dei preceptum/ quo ad rem ipsam iussam/ seu preceptam.vt est cum probabiliter dubitatur an iusta causa subsit que allegatur: vel an causa que subest sit sufficiens z legitima ad indicendum bellum. immo ego in hoc casu amplius dico:q̄ z si constaret z certuz esset/precipientem contra dei preceptum agere in mouendo bellū/z precipiendo subditis inuasionem/ si alias subsit iusta causa bellandi/non solum recte possunt/sed z tenentur obedire:vt patenter potest apparere ex hys:que dixi in solutione primi argumēti in primo articulo.Sed quia forte diceretur:Augu.non infert ex illa parte:sed si humana cupiditate. zc. Sed ex illa/ ordo ille naturalis mortalium paci. zc. ideo aliter respondeo dictum Aug. complendum seu supplendum: si quod sibi iubetur non esse contra dei preceptum certum est/vel vtruz sit certum non est.supplendum tamen ab eo credatur:actu vel virtute nō esse contra dei preceptuz.z quod sic intelligenduz est: pro-

bo ex verbo Apostoli ad Roma.14.omne quod non est ex fide:peccatum est.quod licet cõmuniter exponatur non ex fide:id est contra fidem seu conscientiã:videtur tamẽ q̃ Apostolus amplius voluerit dicere.cum vigilanter dixerit non ex fide: ⁊ nõ contra fidem.quod eque facile dixisset. aperte insinuans omne quod agimus peccatũ esse: nisi credamus nobis licere/⁊ hoc vel actu/vel virtute.virtute inquam vel virtualiter:vt si de hoc cogitaret:estimaret sibi licere. Itaq̃ verbo Apostoli non solum declaratur/ agere contra dictamen consciẽtie/peccatũ esse: sed etiam contra dubitationem. Et per hoc vt omnes exciperent nisi credat contra dei preceptum esse:q̃uis certus non est. Et preter hoc etiaz excipio.vel si non dubitet. nec propter hoc omne dubium vel conscientia euz excusat:vt licite non obediat. sed soluz illa in quã sez dubietatem vel conscientiaz rationabiliter ductus est.vt dixi prius.⁊c.

Nec oportet omnia dicta sanctozũ vniuersaliter intelligere:quasi fozent verba legis. cuz pluries de industria sermonẽ temperẽt indiffinite loquentes/ne ex vniuersalitate errozem incidant ¶ Ad secunduz de.c.dñs de secundis nuptys: dico q̃ loquitur secunduz methas fozi exteriozis.vbi presumitur pro matrimonio/donec ⁊ quousq̃ oppositũ probetur.vbi non soluz cogeretur dubitans coniugi existenti bone fidei debitum reddere:verumetiaz econtra/bone fidei ei que se proponit dubitare ar.c. laudabilem. vt lite pedente nihil innouetur.secus ĩ fozo anime vbi ex credulitate suavel dubio sibi preiudicat:vt non teneatur alter sibi debitum red/dere. Simile est de eo qui dolo se contraxisse dicit:cui in fozo anime nõ tenetur debitũ reddere vxor.in fozo autez exteriozi illo nõ obstante debitum ei cogeretur reddere:ex quo hoc sibi preiudicare ibi non possit. Vel extendendo ad fozuz penitenciale/dico ad vtrunq̃ simul/q̃ limitanda sunt ad dubiuz quod amoueri potest ex presuppositione habita pro precipiente vel exigente. Nisi sic cogeremur dicere q̃ si sciam principẽ ex causa dubia bellum mouere:⁊ totũ eiusdem cõsiliuz:teneboz obedire submittendo me probabili periculo occidendi innocentes. Nec hoc valet si dicas certũ est ibi esse contra dei preceptum:cũ constet eos peccare ⁊ indicendo bellum/⁊ exequendo.quia licet sit certũ eo casu illos peccare: hoc tamẽ non releuat scientes causam esse sufficientem(quamq̃ ipsi dubitent) quin teneantur obedire/ aut ad minus possint obedire.ergo textus non loquitur de esse contra dei preceptuz/ipsi iubenti seu quoad iubentem: sed quo ad obedientiam/si debeat cum precisione intelligi vt scilicet tunc solũ ⁊ alias non/licet obedire.⁊ de hoc magis patuit in prioribus. Pro dicta restrictione .c.quid culpatur ⁊.c.dñs: multum facit.ca.pastoralis de fi.instru.

Terciumpũctum

In in probabili dubio doctozũ licet obedire:contra propriam sententiam seu opinionez. Et arguo primo q̃ sic. quia hoc efficacissime probari videtur/ ex determinatione ecclesie de sen. excom.c.inquisitioni dicentis.verum cum consciẽtia pulsat animũ ex causa probabili ⁊ discreta q̃uis non euidenti ⁊ manifesta: debitum quidem reddere potest/sed postulare non debet.vbi manifeste haberi videtur:q̃ licet debitũ reddere contra conscientiã/ex probabili ⁊ discreta causa ozta/quod est intentum. Nec valet dicere q̃ debet intelligi cõsciẽtia deposita: vt ibi premittitur de cõscientia leuis ⁊ temerarie credulitatis quod ea ad pastozis consilium explosa: potest debitum coniugale reddere ⁊ exigere. Quia deposita cõscientia:non ageret cõtra conscientiam/debitum exigendo. Iam textus causam dicti assignans subdit: ne in alterutro vel contra legem coniugy/vl contra iudicium conscientie committat offensam ¶ Secundo sic/in probabili dubio licet iudici habenti specialem opinionem de iusticia negocy:iuxta doctiozum ⁊ pluriũ opionem contra propriuum sentimentum pronunciare.ergo licet ad mandatum superioris.⁊c. Probatur antecedens.tum primo quia qui in dubys sequitur quod probabilius ⁊ verisimilius est:non peccat.naturalissimum enim videtur ⁊ innate prudentie:vt in incertis sequamur quod certitudini videtur proximius.hinc de spon.cap.iuuenis dicitur:in his que dubia sunt quod certius estimamus:sequi debemus.sed verisimilius ⁊ probabilius est iudicem vnum falli in opiniõe:q̃ plures maxime doctiozes eo/et maiozis industrie. Dicitur enim tercio politicozuz.q̃ turba melius iudicet:q̃ vnus homo quod facit pro pluralitate. Et sexto Ethicozum. Non minus inherendum est expertozum ⁊ seniozum sentencys sine demonstratione:q̃ demonstrationibus ipsis. veluti enim per experientiam visum habentes

principia discernũt:quod facit pro doctiori obus ⁊ magis expertis Tum secundo quia non posset rex temporalis rectum ordinez bellandi instituere:nisi ceteris preceptis supra ordinet: vt in dubio apud capitaneos seu duces exercitus preualeat opinio pluri= morum ⁊ magis expertorum. Alioquin si quisq; aut inuadendo aut defendendo tene retur iuxta propriam opinionem agere: sta tim exercitus diuisus ⁊ inter se contrarius ad nihiluz decidet ⁊ deuincetur. Sed quod apud hoiez est probitatis ⁊ necessarie proui dentie: non videtur a rege celesti cuius sa= pientie ⁊ bonitatis nõ est numerus quouis modo pretermissum. ergo saltem in diffi= niendo communicata manu ⁊ consilio: li= cet contra propriam opinionem cum alys sententiare ⁊ sententiata exequi. Tum ter= cio quia nisi sic/quisq; teneretur inniti pro= prie prudentie:quod est contra illud prouer biorum tercio. Non innitaris prudentie tue. Ibi Hieronimus prudentie sue innititur: qui quod sibi dicendum vel agendum vi= detur/patruz decretis anteponit.intelligẽs per patres non solum Romanos pontifi= ces aut alios potestatem habentes legis cõ dende:sed generaliter omnes seniores qui experientia ⁊ ratione preeminent. ergo si quisq; deberet iuxta propriam opinionem pronunciare:semper deberet inniti proprie prudentie. Duius etiam contrarium viden tur sentire omnes docto.iuris canonici:no tantes q̃ in iudicio seu iudicando sequen= da est communis opinio.nisi euidenter fal/ sa fuerit vel cõuinci possit probabilibus ra tionibus:quod iudex acutissimi ingenij ar bitrabitur.vide per Joan.Andree in .c. pri mo de constitutionibus.⁊ Panor.in.c.pri= mo de sen.⁊ re.iudi. ¶ Tercio sic quis licite potest alteri consulere vt agat quod secun= dum suam opinionez est illicituz. ergo pro pter aliorum opinionem potest contra pro= priam agere opinionem.consequentia tenz quia consiliũ est causa eorum que fiunt pro pt̃ ipsuz. Jã nulli licet in alio efficere:quod non in seipso. Juxta illud ad Romanos.1. Non solum qui faciunt:sed ⁊ qui consenti/ unt.⁊⁊. Antecedens probatur quia hoc vi= detur summe humilitatis.de se parua sen= tire.iuxta illud ad Philippen.2. Nihil per contentionem vel inanem gloriam: sed in humilitate superiores se inuicẽ arbitrantes Attendens igitur propriam fragilitatem ⁊ quaz incerte sint sue prudentie:non audet contra maiorum opinionem alteri forte la queum iniycere. Et ideo refert ei opinionez Beati Tho. ⁊ Bonauenture ⁊ aliorum de hys que per simoniam mentalem tantum acquisita sunt: petẽs vt secure quod ipsi sen tiunt/agat. ⁊ certe nisi hoc liceret:nõ posset bona conscientia consulentez ad doctiores remittere:quos scit contrariam sententiaz fouere. ¶ Dices fortasse scit etiam alios:vt se ipsum posse falli.ergo lege charitatis te= netur proximo suadere/ vt incertum dimit tat ⁊ prosequatur quod certum est. ¶ Sed contra hoc nihil releuat in dubys vtriusq; partis contradictionis.quia ibi quamcũq; partem egerit:semper dubium prosequitur vt patet ex dictis. ergo saltem ibi licebit ei contra propriam opinionem suadere. Exẽ= plum qui sponsam cognouerit sine consen/ su de presenti. superduxit aliam: ⁊ tandem cogitur per ecclesiam ad primam redire.

Hic consultus tenet secundum opinionem Hostien:q̃ scilicet secundum matrimoniũ sit nullum.iuxta.c.is qui:de spon.an ne pos= set suadere cõsulẽti se vt in hoc casu ecclesie nõ obediat nec teneatur. vt dicit cõmunis theologorum ⁊ iuristaruz opinio. Item pro fessus de nudo consensu vxoris/reuocatur per dyocesanum ad thorum sue vxoris.iu= xta.c.primum de conuer.coniuga.opinatur ipse nullo modo licere monacho alteri car naliter commisceri.⁊.c.illud intelligenduz esse de licentia extorta.iuxta quorundaz o= pinionem.an ne ad preceptum ecclesie lici te possit ei debituz reddere. ¶ Quarto quia nisi sic non liceret canonico fouere causam capituli quam ipse estimat iniustam esse:et scit ab omnibus alys etiaz doctioribus opi nari equam iustam ⁊ bonam. sed deberet omnia potius mala pati/q̃ malo consenti= re.32.q.5. ita ne/ similiter conclusionem de bello mouendo captam a pluralitate/non li ceret exequi:ei contra cuius deliberationez ⁊ opinionem de iniusticia belli mouendi cõ clusio capta est. Item nec medicus vna cuz alys practicans/ posset conclusionem fleu= bothomie cum alys exequi: quam ipse sen tit egro mortiferam. Et q̃ hoc liceat medi= co:patet quia si ipsemet egrotaret posset pro tutiore aliorum consilium sequi:quos repu tat magis expertos ⁊ doctiores se/ac vidit pluries proficere egris/vbi ipse opinabatur egro mortem inferendam. ¶ Quinto sic/iu dex licite damnat eum quem scit esse inno= centem/propter dicta testium in contrariuz

vt vult Beatus Tho. secunda scde. q. 67 ar. secundo. ⁊ ibidem. 64. q. arti. 9. vbi dicit de ministro q̃ sibi etiam liceat: nisi sentētia cōtineat intolerabilem errorez ad excludendum carnifices martirum. idez tenet Alexander de hales. ⁊ dñs Altissi. 3. parte summe: tractans quibus sit obediendum. vbi latius examinat istum ar. Hostieñ. dñs cardinalis ⁊ plures alij: vt videre poteris per Panor. in. ca. pastoralis de offi. deleg. ergo licet propter opinionem aliorum contra propriam agere. ¶ Ad oppositum arguo sic. nulli vnq̃ licet agere contra conscientiā. ergo non licet alicui agere contra propriam sententiam/ad mandatum superioris: q̃ quis sciat probabile dubiū esse/an liceat quod precipitur. Antecedens patet primo autoritate iuris humani. Omne quod fit contra conscientiā edificat ad gehennā. 28. q. 1. omnes itē. c. per tuas. 2. de symo. vbi textus loqtur de erronea cōscientia/ de qua tamē minus videtur: q̃ non licet contra eam agere. Secundo autoritate iuris fontalis puta diuini ad Roma. 14. qui aūt discernit: si māducauerit damnatus est. qz non ex fide. ⁊c. Omne autē quod non est ex fide peccatū est. vbi manifestissime est de intētione Apostoli: q̃ discernens aliquos esse cibos immundos: id est illicitos ad vescendum: si manducauerit damnatus est. id est mortaliter peccat/et tamē illa est conscientia erronea. Et istud videtur indispensabile iuris naturalis preceptum: adeo q̃ nec deus ipse contra ipsum possit indulgere. Implicat enī illum bene agere qui id agit deliberate: quod credit vel estimat malū esse. ¶ Ideo pro responsione breuiter pono hanc cōclusionē. Nulli vnq̃ licet contra propriam sententiā seu opinionem agere: nec iudici contra opinionez pronunciare. Probatur primo per illud exo. 23 iuxta hebraycam veritatem. Non declinabis post rabbim/ad maluz: ⁊ non respondebis in iudicio post rabbim ad peccatum. in cuius prima parte rabbim significat multitudinem: in secunda magistros. siue doctos vt dicūt lyra ⁊ oēs hebrei: quod confirmat nostra translatio qne vltime partis loco habet: ⁊ in iudicio non acquiesces plurimorū sentētie vt a vero deuies. propter quod lex erat apud Hebreos: in deliberationibus pro sentētiando vel diffiniendo ab his debere incipi. qui sunt minoris autoritatis. ne forte formidarent recedere a sententia maiorū. Et idem vt dicit Lyra obseruant Theologi Parisius/sed agendo contra propriā sententiā vel opinionem/recedit a vero: vt ipse estimat. ergo contrauenit mandato legis. ⁊ illi verbo ecclesi. 4. pro aīa tua non cōfundaris dicere verum. Et ibidē nō contradicas verbo veritatis vllo modo: ⁊ de mendacio ineruditionis tue confundere. ¶ Ratione sic/nullus potest licite agere id de quo non potest iudicare dum agit/quod ipsuz licet. sed impossibile est aliquez iudicare q̃ sibi licet agere contra suam opinionē vel sententiaz de bono vel malo. ergo. ⁊c. Minor patz qz sic simul haberet ōria iudicia. verbi gratia iudicaret q̃ operari. a. fit maluz: ⁊ q̃ operari. a. non fit maluz. ex quo ponitur iudicare: quod sibi licet. Itez si iudex habens opinionem quod de iure pronunciandū est pro a si simul iudicet propter opinionē aliorum pronunciandū esse de iure contra a. habet contraria iudicia puta pronunciandum est de iure pro. a. ⁊ de iure non est pronunciandū pro. a. ¶ Confirmo hoc sic. Qui efficaciter vult non mentiri in certa materia cōtradictionis: puta vtrum hanc rem fecerit vel nō. Si ipse opinatur se fecisse alys multis pro certo asserentibus q̃ non fecerit: nō stat q̃ ille nolit mētiri: ⁊ tamē dicat conformiter alys/nisi opinionez mutet/credendo alys. quod non stat cuz sua opinione priori. ergo similiter non stat in iudice: q̃ nolit iniuste pronunciare. ⁊ tamen propter aliorum opinionē pronunciat eo modo quo ipse estimat illicituz pronunciare. ⁊ generaliter impossibile est aliquē agere rem/quā putat seu opinatur illicitā: et efficaciter nolit agere illicitū. sicut de pronunciare iniuste seu cōtra ius. ¶ Ad rationes ante oppositū. Ad primū de. c. inquisitioni dico/q̃ conscientia deposita potest reddere: ⁊ alias non. Et cum obiicitur q̃ sic ea deposita exigendo non committeret contra iudicium conscientie offensam. ¶ Pro solutione premitto: q̃ conscientia potest deponi tripliciter. Primo modo per voluntariā auersionez intellectus a propositi vel cause consideratione. vt est in volentibus actu ignorare/per nō cōsiderationem. de quibus Job. 21. dixerunt deo recede a nobis: scientiā viarum tuarum noluimus. Et Esaie. 3. Qui dicunt aspicientibus nolite aspicere nobis ea que sunt recta: loq̃mini nobis placentia. ⁊ qui sic deponit adhuc censetur agere cōtra iudiciū conscie qō ⁊ si non actu: virtute tamen adhuc existit. ⁊ ergo nō tam dicitur conscie depositio: q̃ cō

A B

scientie contemptus ⁊ superba presumptio. Alio modo potest deponi per non voluntariam distractionē vel obliuionem. quō confitētibus accidere solet: vt prius apud se recollectis singulis peccatis dum cōfitentur/ iterdū tercie partis obliti sunt. ⁊ talis depositio conscientie erronee simpliciter liberat a peccato ꝑueniēdi. immo ⁊ sepe depositio vere seu recte cōscientie. vt si prius ex causa probabili estimabat nō esse matrimoniū: ⁊ postea bona fide cognoscat. vbi tñ in veritate non est matrimoniū. Tercio potest deponi per rationes inducētes seu motiua inducentia ad cōtrariū ⁊ hoc dupliciter. Primo si per cōtraria motiua vel attendēdo insufficientiam causarū ex quibus credidit/incipiat dubitare ⁊ neutrū iudicet nec primū nec contradictoriū. Secundo modo cū inducitur in contrariū iudiciuz siue assensum. ⁊ cū sic deposita fuerit cōscientia circa nullitatez matrimony: potest reddere ⁊ exigere. dum tñ ex rationabilibus motiuis ⁊ nō leuibus aut temerarys ad hoc inducatur. Jam dico ad improbationē q̄ textus loquitur in casu quo cōiunx habens consciam/ solum potest eā per contrariū actuz deponere ex presumptione bonitatis quā habet de altero: firmiter scz tenēs q̄ nollet peccare mortaliter. ⁊ ergo si exigat cum presumit euz non exactum nisi certus esset: causas ex quibus hec conscientiā format falsas esse/iaz credit esse matrimoniū. hic si prius exigeret anteq̄ ab ea exigeretur: certū est q̄ ageret contra conscientiā/ vel actu vel virtute. ⁊ dū exactus vel exacta reddit: non ideo tunc reddere potest/ ⁊ debet ne peccet in legē cōiugy: sed exigere non debet supple nō ante. quia sic ageret cōtra iudiciū conscientie. Et potest hoc exemplariter declarari. si credat nō esse matrimoniū quia iaz recolit se maritū vidisse cū consanguinea in loco ⁊ tpe suspectis nudū cum nuda solū cū sola. sed postq̄ hoc modo consciam deposuerit: potest libere exigere sicut ⁊ reddere. non enī vult negare textus quin conscia ex probabili causa adgenita: si post per probabiles causas vel rationes deposita fuerit: liceat contrariū agere eius quod dictatū est. Alias qui credidisset subesse impedimētū: quia vidit cōsanguineā. ⁊c. Et post testimonio fide dignozū intelligat ipsuz aū hoc fuisse castratuz: non posset debitū licite exigere. Q. aūt in depositione cōscientie ex probabili causa nō sufficiat depositio/ nisi p subtractionē actus siue positione contrary: patet q̄ hoc requiritur in depositione cōscientie temerarie/ad hoc vt licite contrarium agatur. ergo multo fortius ī conscientia ex causa probabili ⁊ discreta. Ñcedens patet q̄ sic maneret dubius. ⁊ in dubio nō potest cōtraagere: vt patet ex his que dicta sunt in secundo articulo. ¶ Ad secundū. ad primaz probationē antecedētis dico: q̄ in dubio q̄s q̄z sequi debet quod certius existimat. ⁊ magis credit esse verum. iam in proposito suuz opinatū videtur sibi magis verū. Et si forte aliud sciat cōmunitati hoīm esse probabilis ⁊ verisimilius/nec stant simul q̄ in opiniōe sua adhuc maneat: ⁊ magis sibi appareat q̄ ipse decipiatur: q̄z oēs aly contrariū opinantes. quia nullus opinatur: nisi q̄ sibi apparet verum siue magis probabile. alioquin neutraliter dubitans propter apparentiaz rationuz ad contraria: posset dici opinari. si ergo videtur sibi magis alios verum sentire/ autozitate aliozū deuictus: non estimaret contrariū magis esse verū/ ⁊ ita hoc non opinaretur. ¶ Si forte dicas pōt credere se in sua opinione decipi: ⁊ propterea velle sequi opinionē alioz. Respōdeo īplicat aliquē in particulari credere se decipi: ī hoc q̄ hoc demōstratū opinatur. quia si crederet se in hoc decipi crederet hoc esse falsum/ ⁊ sic simul opinaretur illud esse veruz/ quod tunc estimat esse falsum. Sed hec bene simul concurrūt/ q̄ ex causis sibi apparētibus opinaretur ali/ q̄d esse vez/ quod propter alioz estimationē contrariam habet pro falso: sicut cuz video aliquid a remotis ⁊ ex colore ⁊ figura que mihi apparent iudicarē esse Joannē. sed q̄z video alios ei propinquiores ⁊ melius vidēte q̄z ego estimare vel scire nō esse Joannē/ credo eis. sed tunc non habeo actualem opinionē contrariam. ¶ Ad secundā probationez eiusdē antecedētis dico primo: q̄ illo simili probaretur licere homini propter alioruz opinionē agere: quod sciret indubitanter illicitū. non enim posset rex temporalis militibus debita precepta bellandi instituere: nisi supraordinet vt plurium ⁊ magis expertozū opinio preualeat. etiā si aly nō dubitāt esse contrariū alicui ex regis mādatis nā alias vnanimitatē ⁊ concordiā nō seruabit: sine qua euanescit status/ ⁊ perit omne robur exercitus. ⁊ hoc ideo expedit regi tpali supraordinare: q̄z precepta bellādi tradit ad finē cōmoda consequendi/ ⁊ dāna euitandi cui⁹ oppositū īduceret obseruatio certi mādati: cū plurimozū opinio est in contrarium

Celestis autez regis mandata que oia sunt equitas. Psal.118. & ad finem quē deus intendit maxime accōmoda: nunq̄ abducere possunt a fine quē deus intendit. cū ab ipso dependeat: cuius voluntatē nihil impedire potest. vnde nullus excusatur ab obseruatione oīm: que scit esse dei mandata. Et q̄uis fortasse aly oppositū opinantes per errorez inuincibilem/aut alias forte non culpabilē cū fuerit eius quod scire non tenentur/ excusarētur a peccato: ipe nihilominus eos sequens, cōtra sententiā aut cōtra propriā opinionē/proculdubio se labefaceret iniquitate seu peccato. Et ideo celestis regis preceptū habemus/vt non sequamur turbā ad faciēdū malū: aut ī iudicio acquiescamus plurimorū sententie vt deuiemus a vero/exo. 23. Etiam argumētū procedit/ cum dux aut miles propter aliorum cōtrariam opinionē scit regē nolle: q̄ astrigatur alio mādato. & ita non habet opinionē: q̄ hoc sibi tunc nō liceat. Propositū aūt nostrū est: cum quis opinatur sibi aliquid illicitum. q̄ tunc stante sua opinione: precipienti contrariuz/obedire nō potest. ¶ Ad terciā probationem dico q̄ & si nullus debeat inniti proprie prudentie: non tñ propterea licet agere contra propriam opinionē vel conscientiaz. Unde ille proprie prudentie innititur: qui cum lactis sit particeps & expers sermonis iusticie: non stat autoritati maiorū/sz ex his que sibi apparent: concludit ita fore. quēadmodū proprio sensui inniterer: si qui visu suz debilior ceteris/cum magis disto/ magis teneo hominē visum a remotis esse Joannē: q̄z iuxta aliorum iudiciū qui situ propinquiores fuerint credam euz esse Petrum. supposito tñ q̄ temere aliorum doctrine non assentiam nō propter hoc licet contra propriaz opinionem agere/qz scio alios oppositum sentire: & ita nisi apparētia seu pbabilitas autoritatis in eo vincat motiua alia: nō est tutus. ¶ Ad tercium dico/si quis estimat verisimile periculū mortj. iminere proximo nisi ei medicinaz corporalem dederit: tenetur sine dubio medicinā illā sibi exhibere. Naz mortē languentibus probatur infligere: qui hanc/cuz possit/nō excludit. 83. dist. prouidendū. & ibidem ad longuz per glo. & 86. dist. pasce. q̄to magis tenemur ad medicinā verbi dei proximo exhibendam: cū sine ea estimamus ei verisimile periculū iminere. Dic actuuz. 20 dixit Ephesijs Apls: contestor vos hodierna die/qm̄ mundus sum a sanguine omniū vestrū: non enim preterfugi: quo minus annunciarez omne consiliū dei vobis. pro certo nos instruens (vt vult Grego.) si non annunciamus proximo medicinā verbi celestis: mundi a sanguine mortis spiritualis non erimus. 43. dist. Ephesys. Sed si prescimus verisimiliter per ammonitionē periculi hoies non retrahendos a parte periculosa/quo minus hoc opentur/quod ex alys actibus eorū coniecturare possumus: vtiliter possumus eis periculum non intimare. sed ad alios remittere: quos noscimus oppositū tenere. vt duz peccaturi sint contra legem: minus saltez offendant/ignoranter agendo cōtra legem. & ex aliorum opinione videātur sibi in aīo tuti. Nec hoc est errorē pctī fouere: sed potius dolorē vulneris mitigare vt qō mortē illaturū est: inferat minus acerbā. & ita licet: nisi periculuz fidei aut prelatiōis officiū aut simile requirat expressam veritatis eloquutionē. Sed nunq̄ possum licite eos absolute hortari contra propriam opinionē vel dubitationē probabilē: vt agāt iuxta aliorū sententiā propter dubiū & veri simile periculum peccati. sicut nec medicus posset hortari egrum vt sumat iuxta aliorū sentētiā illa: que credit egro fore mortifera aut ad minus dubitat. ¶ Dico notanter absolute. qz si hoc omittendo/essent acturi deterius: liceret suadere vt saltē maius vitent 33. q. 2. si quod verius/tales sunt multi: quos veritas scādalisat. qui dū minora audiūt sibi nō licere: de salute desperātes sine spe venie maiora cōmittūt. ¶ Ad quartū principale dico primo de canonico/quod est aliud spōte fouere causaz iniquā: aliud coact⁹ autoritate publica permittere sua auferri/ vel etiā dare. ne maius rerū suarū dispendium patiatur/alteri nō proficiēdo. nō enī necesse est vt pro fratre dāna subeamus. cū scimus nō profuturū finaliter/nisi ad īuidiā lites & rācores suscitādos. iuxta illud Pier. frustra niti & nihil aliud laborādo q̄z odiū querere: extreme demētie est. Pro illo facit qō dicit Gratia. 17. q. vl. in fine. de eūte in apostasiaz ne ecclesia scādaluz patiatur/ne discedēs in deteriora precipitetur/ne in pernicie monachorū/aut monastery incendiū/ inardescat: laudabilius sibi sua non dico/reddūtur/sed auferri sinuntur/q̄z ab illo ista inferātur. qō intelligendū puto de spōte reddere/si enim metu istorū reddāt/potius censentur ablationē fīnere: q̄z ipsi reddere. quō dicūt docto. de parere iniuste snie. & idez est de milite. de

medico etiam dico/ q̃ nisi propter aliorum opinionem sibiipsi discredat/quod non stat cum actu opinandi/hoc fore egro mortiferum:non poterit communicata manu hoc egro suadere. quia non stat in medico/cum
tres causas. Prima: vt sit cibus i domo dñi Malachie.3. Inferte oēm decimā i horreū meū: vt sit cibus in domo mea. Et numeri 18. Nihil aliud possidebunt/decimarū oblatione contēti: quas in vsus ꝛ eorū necessaria separaui. Secūda ē: vt portēt apud deū peccata populi. vñ eodē.c. numeri 8ꝛ/filys Leui dedi oēs decimas pro ministerio quo serui/unt mihi in tabernaculo federis/vt nō accedant vltra filii israhel ad tabernaculū: solis filys Leui mihi in tabernaculo seruientib9 ꝛ portātibus peccata populi. ¶ Tercia vero vt possent vacare legi dei. 2. Paralipo. 31. c. Et glo. Josue. 13. Lex dei sacerdotibus commissa est ꝛ leuitis: vt huic soli operam tribuant/ꝛ verbo dei absq; vlla sollicitudine vacent/laycorū ministerys sustentati. Sed iaz aliunde est cibus in domo dei. ꝛ non portāt clerici peccata populi. sed potius populū gravant. Juxta verbum Grego. 3. q. 7. in grauibus. Et. 49. dist. in principio. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. ꝛ Job. 35. clamabunt ibi ꝛ nō exaudiet: propter superbiā malorum: glo. clamabunt ibi. s. in tribulatione: ꝛ nō. ꝛc. ac si diceret/q; reatus opprimentium: audiri prohibet voces oppressorū. nec eripiuntur visibiliter iusti: quia inuisibiliter saluari non merentur iniusti. Quo vnico cōstare potest/quātuz mali sacerdotes/ qui perditis moribus deum pungunt ꝛ stimulant: iugū dei in humeris populi ḡuant. Et tercio non vacant legi dei: sed plusquā layci/secularibus intenti sunt. ḡ. ꝛc. Et cōfirmatur nullus in hoc peccat quia materiam rapine alteri negat seu exhibendo non ministrat: sed secundū Diero. tractantez illud Esaie. 3. Popule meus qui te btm̄ dicūt: ipsi te decipiūt. raptores sunt: qui metunt carnalia ꝛ nō seminant spiritualia. ḡ licet illis decimas non offerre. Quod etiā ex simili declaratur. regi de publico constituta sunt stipendia: vt populum tueatur ꝛ patriam a malis purget hoibus. 23. q. 5. regū officiuz. Et. c. rex debet furta ꝛc. Ubi aūt hec non fecerit: licite fraudatur stipendys ad hoc constitutis. ḡ similiter in proposito: de sacerdotibus. Sed hic error facile confutatur. Primo autoritate canonis: in. ca. tua nobis de decimis. vbi dicitur pretextu vero nequitie clericorum: nequeūt eas/nisi quibus ex mandato diuino dari iubentur/ pro suo arbitrio erogare. cum nulli sit licituz aliena cuiq; concedere: preter domini voluntatē. Et inter articulos Jo. vvyclef/per constantieñ conciliū condemnatos decimus octauus est: decime sunt pure elemosine. ꝛ parochiani possunt propter peccata suorū prelatorū ad libitū suuz eas auferre Preterea decime non dātur pro solo vsu sacerdotū: sed etiā pauperū/vt ptz ex d. c. reuertimini. Et Augu. dicit decimas tributa esse aīarum egentium. ꝛ ideo tantorū hoicidiorum. di. c. decime. 16. q. 1. non poterit ḡ quis vsui suo eas seruare: propter nequitiā sacerdotū. immo nec si debitum seruitiū omittat quo casu debet superiori consignare decimas ipsas: vt retardatuz seruicium resumatur. ꝛ quod excreuerit: in pios vsus conuertatur. quēadmodū dicunt doctores de ministro suspenso a iure vel ab hoīe ipso facto/vt Post. ꝛ Joā. An. de notorio fornicatore. ¶ Ex his rñdeo primo ad principalem rationem. ille sunt cause: propter quas clero licet vsui suo eas applicare. si vero populi peccata non portent/nec diuine legi opera impēdant: satius ventrē siliquis implerent/q̄z per abusum ex decimis/iudiciuz sibi manducent ꝛ bibant. Sed certe alia est causa/propter quā eis debētur: vt procuratoribus/puta egestas ꝛ pauperum penuria/imo ꝛ sacerdotes qui bñ presunt/quicquid supfuerit deductis victu mediocri ꝛ etiā ratiōabili vestitu: tenentur pauperibus erogare. quorū tributa sunt decime ex quo concludit Alex. de hales tertia parte q. 5. membro. 6. arti. 3. q; habens vnde alias possit sustentari sufficienter fm statum persone: potest decimas recipere vt procurator/ in necessitates pauperū ꝛ ecclesie vtilitatem expendendas. sed nō in vsus proprios. qz si i proprios: cōmittit sacrilegium. prout vniuersalius de stipēdys ecclesie dixit Diero. vt. 36 q. 1. Qm̄ quicquid. ꝛ Aug. 12. q. 1. si priuatim btūs prosper eadē cā. ꝛ q. illi ꝛ 1. q. 2. pastor c. si quis. Et c. sacerdos: vbi verbū aplī. quis militat suis stipendys vnq̄z. ꝛc. de his soluz qui indigent: dicitur veritatē habere. ex quo facile perpendi potest: an supueniens ordinatio vel dispositio ecclesiie de bonis ecclesie/quorū non parua pars sunt decime efficere potuerit/vt iam liceat sufficiens habēti patrimoniū de ecclesie bonis viuere. vt voluit Panor. in c. epūs de preben. Fortasse dices. nulla habet apud clericos pauperuz ratio. totū sibi seruant. lauta cōuiuia instruunt scorta ꝛ proles pōpose enutriūt. qui vero iusticiam sectatur: apud eos prede. patet ḡ iuxta rationem factaz licitum nunc erit eis decimas substrahere/ꝛ pauperibus ministrare

B Rñdeo. Cum Helyas prophꝫ interpellaret dñm pro israel/domine prophetas tuos occiderũt:altaria tua suffoderũt/ derelictus sũ ego solus:ꝛ ecce querũt animã.ꝛc. Legim⁹ illi diuinitus responsum. Seruaui mihi septez milia virozũ:qui nõ curuauerũt genua sua ante Baal.ita nimirũ falleris tu in hoc/ si oẽs clericos iudices/quia paucos fortasse quos noscis.tales repis. Et vt de oculo tuo eiecta trabe noscas festucaz de oculo fratris educere. Quicquid tu vltra necessaria tibi seruaueris:sanctozũ snia rapere cõuinceris. plusq̃ sufficiat sumptui. inquit Ambrosius violenter obtentũ est.47.disti. Sicut hy qui per insaniã. Et Hiero. Aliena rapere conuincitur.qui vltra necessaria sibi retinere.pbat 42.dist.in principio.ꝛ Aug.sermone.219.de tpe.vñ sumptuz est allegatũ c.decime.tributa sunt.ꝛc in fine dicit.quicquid excepto victu mediocri/ꝛ vestitu rationali superfuerit non luxurie reseruetur:sed in thesauro celesti per elemosinã pauperum reponatur.q̃cquid enĩ nobis deus plusquã opus est dederit:non nobis specialiter dedit/ sed per nos alys erogandũ transmisit.quod si non dederimus res alienas inuasimus. Et tñ cum tibi diuiti/ꝛ tua auare seruanti/vel aliquid sb̃straxero/ aut debitum non soluero: vt pauperibus elemosinas erogem:statim iudicabis/inique me agere.iuxta Augu.snĩam ca. forte dicit aliquis.14.q.5.ꝛ Grego.c.non est putanda.1.q.1.quomodo g̃ similiter non vides tibi illicitum.decimas clero vel auferre vel nõ dare: vt pauperibus quibus debẽtur/mõ ꝺsimili eroges.quõ ego tuã eis habundatiam volebam ministrare:in huiusmodi enĩ oportet ordinate agere iustcte ordinẽ non turbare ꝛ publica cõstituta interemrata seruaꝛ:que tñ extreme necessitatis arti

r culũ minime constringunt. ¶ Ad confirmationem rñdeo q̃ licet clericis nõ ministrantibus seu seminantibus spiritualia/cessat rõ quare vsui suo decime debeant applicari/vt notat apls.1.ad Thimo.5. qui bene presunt p̃sbiteri duplici honore digni habeãtur/maxime qui laborant in verbo ꝛ doctrina. ꝛc. non tñ cessat cã pauperũ/quorum procuratores existũt clerici.ꝛ ita claudicat simile de rege ad sacerdotes vel clericos. Do igitur aliam causaz/ quare a peccato excusantur nõ soluentes decimas hanc/quia decime non debentur cum effectu nisi petantur/ita q̃ omittens sit trãsgressor precepti. Hoc probo autoritate apli.1.ad Corin.9.deducto enim q̃ euãgeliũ annũcians/facultatẽ habeat seu ius viuẽdi de euãgelio:dicit se illo nõ vsuz neq̃ propterea scribere/vt in se fiat.bonum est(inquit)mihi mori/q̃ vt gloriam meam/ quis euacuet:ꝛ paucis interpositis.sine sumptu posui euangelium vt non abuterer potestate:glo. Quod faceret si caperet/ quia nõ libere argueret.sed apostolus non omisit hominibus annunciare quicquid necessarium eis erat ad salutem:vnde ephesios contestatus est/mundus ego suz a sanguine omniuz vestrum.non eniz subterfugi quo minus annunciarem omne consiliuz dei vobis actuũ 20.ꝛ Grego/mundus a sanguine eorum nõ esset si eis dei consilium annunciare noluisset.43. disti.ephesys. Cum igitur apostolus neq̃ partem suam expresse eis remisit:neq̃ ad decimas dandas eos teneri docuit/sequitur q̃ decime etiã quo ad sustentationez ministri(quod morale est)licite possunt nõ solui si non petantur. Et certe magnum argumentum est q̃ Grecozũ ecclesia ab aplis ordinata decimas non soluit/quãq̃ vilipendere videatur Hostiensis/ quia scismatica est/ limitat tamen hoc beatus Thomas secunda secũde.q.87.articulo primo in solutione ad tertiũ/nisi propter obstinationem animi Si videlz ita in aio obfirmati fuerint/vt ẽt petẽtibus denegarẽt. hui⁹ file dat Alexander de hales. Tenemur parẽtibus honorẽ subuẽtionis nõ solum reuerentie ipendere/ ꝛ tñ vbi non petierit/nõ tenent filij cuiuscũq̃ culpe obnoxij/saltem cuz nõ indigent. ¶ Do aliud simile de penis iuris / ad quas soluẽdas cũ effectu/ita scz q̃ non soluendo/ peccaremus/nõ tenemur priusq̃ p iudicem declarati fuerim⁹ huiusmõi penas icidisse/ iuxta.c.fraẽnitas. Et glo.singularẽ.12.q.2. quã sequũtur oẽs doctores. ¶ Sed q̃ fortasse respuerẽt hec dñi canoniste/ꝛ turbam doctozũ suozũ mihi obycerẽt:adduco ego/ quã reputo nõ minozis ponderis:25.decisionẽ rote/i antiquis que hz. Si decime ab aliquo petũtur qui tpe elapso cessauit a solutione/nisi ostendatur q̃ decie fuerint petite/debitoz nõ tenetur nisi a tpe petitionis Jugit causã. Quia ad decimas p̃diales/ q̃s nõ tenetur: nisi petãtur. vt notat Archi.c.i. de dẽcis.li.6. g̃ debitoz nõ condẽnabit nisi a tpe petitionis.licet videatur facere õ.ꝛc. ¶ Ex hoc credo.c.Cũ hoiẽs de decis limitãdũ/ad retardata seu substracta petita/ꝛ fic nihil suffragatur proposito Hostienſ.ꝛ aliorum ¶ Fortasse mirabitur quispiam quo

pacto audeam hec publice docere/ cum cle. Cupientes de penis / excõmunicet omnes ipso facto qui in sermonibus suis vel alibi aliqua proferre presumunt: vt audientes a decimarum ecclesys debitarum solutione retrahant. Timeant litterales. ego penam illam non formido. tum qz solum cõcernit religiosos ⁊ non arctat clericos seculares/ vt ibi notat glo. Tum quia non phibentur ibi religiosi pro consciarum quiete docere veritatem/sed eo fine: vt hoies retrahant a solutione ⁊c. suggerere falsitatem. Uñ manifeste videtur textus totus se astringere ad loca in quibus decime petuntur/ ⁊ ad intentionem seu finem impediendi decimarum solutionem/ medys seu machinationibus indebitis. non ergo contingit eos qui ex sinceritate veritatem annunciant.

Secundo inquirẽdũ statui. An ꝗs eo ipso peccet: quo alter qd̃ contra legẽ est suadet aut consulit. ¶ Et videtur ex tribus ꝙ non. Primo licet sepe consilium prestanti ius ignorare diuinũ vel humanũ de quo consulitur. ergo vbi ad requestam alterius ⁊ pro bono eius sniam suam quamuis erroneam intulerit/non videtur peccare. consequẽtia tenet quia parati esse debemus ad satisfactionem omni poscenti nos de ea que in nobis est fide ⁊ spe. 1. Petri. 3. ergo potius crudeliter agere videretur: si quod sentit reticeret. Et antecedens patet. quia non quisqz tenetur totam legẽ dei nosse/sed sufficit eorum expertem non esse: que ad directionẽ eorum que sibi pro gradu ⁊ persone conditione agenda incumbunt/ sunt necessaria. Quid enim mercatori vel layco de his que sacerdotes soli agere habent. ⁊ sic de consimilibus ¶ Secundo quia frequenter is qui errorem sequitur consulẽtis. immunis est a culpa: ergo saltem tunc non peccat consulẽs consequentia tenet/quia cõsulens pro eo solum peccare videtur errorẽ docendo: quia consentit peccato consilium petentis. vbi ergo ille ⁊c. Et antecedens patet. ex c. si virgo ⁊ c. in lectum. 34. q. 2. quo ad ignorantiam facti: quo ad ignorantiam vero iuris patet de his qui iuxta consilium Celestini pape ex christianis altero coniugum in heresim labente. nupserunt alteri/ ⁊ ad priorem coniugem redeuntem ad fidẽ redire noluerunt. de quo olim in antiqua compilatione habebatur in c. laudabilem de conuer. infi. in fine. sub. §. idem sequendũ. pro eodẽ similiter de errore iam correcto per c. licet de sponsa. duorum. Et de machabeis/qui ob religionẽ sabbati neqz speluncarum ora audebant opilare/ neqz aduersariorum vim repellere/ cum moderamine inculpate tutele. 1. Machabei. 2. ca. ¶ Tertio quia ex cõsilio nemo obligatur: nisi fraudulentum fuerit/ vt habet regula nullus ex consilio de regulis iuris libro sexto. Et regula consilij. ff. eodem. ergo qui bona fide conatur pro viribus: salutis viam hominibus suadere: seu demonstrare: non peccat/si errorem forte pro veritate dixerit. Et confirmatur per legẽ primam. ff. si mensor. falsum modum dixerit. vbi a perte astruitur si agri mensor imperite versetur: sibi imputare debet qui enim adhibuit ⁊ si negligenter: mensor etiam securus erit: sed prestabit de dolo ⁊ de lata culpa que ibi dolo comparatur: rationem videtur assignare textus/quia operam beneficij loco prebet. id vero quod ei datur ad remunerandum datur/ ⁊ propterea honorarium appellatur: neqz interuenit locatio ⁊ conductio. Et ergo infert ibi glo. magis hoc procedere in aduocato cuz multo sit dignius eius officium. Ergo ad propositum nostrum cum cõsulens beneficij loco suam operam impendat maxime cum ⁊ mercedem seu remunerationem nullam exspectat. videtur neqz teneri de imperitia neqz de leui vel leuissima culpa ¶ Pro huius solutiõe sit hec cõclusio. Omnis assensus adhibitus peccato est culpabilis ⁊ peccatum. patet per illud apostoli. ad Roma. 1. qui cum iusticiam dei cognouissent: non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non soluz qui faciunt sed ⁊ qui consentiunt facientibus. itez Leuitici. 2. si populus terre neglexerit occidere eum qui de semine suo obtulerit idolo moloch. ponam faciem meaz (inquit dominus) super hominem illum. ⁊ cognationem eius: succidamqz ipsuz ⁊ omnes qui consenserint ei: vt fornicaretur cuz moloch de medio populi mei. Ergo consentire peccato est peccare. ⁊ iura omnia clamant agentes ⁊ cõsentientes pari pena constringi. 2. q. 1. notuz de officio delegati. c. 1. cuz similibus. Et propterea de sententia excommunicationis. c. quante declarantur excõmunicati/qui cum possunt: desinunt iniectioni manuum in clericum obuiare quod an locum habeat solũ de his qui in potestate constituti sunt ⁊ tenẽtur ex officio obuiare/ vel etiam de alys: remitto ad doctores ibi. Et. c. dilectio de sentẽ.

excō.lib.6.vbi ōr. Et quidē cū liceat cuilibet
suo vicino vel proximo.pro repellēda ipius
iniuria ipartiri auxiliū.immo si potest ⁊ ne=
gligit videat iiuriantē fouere ac eē pticeps
eius culpe ¶ Ax hoc infero. Consulēs id qō
est cōtra diuinā legē peccat. Probatur pro
qr cōsulere ē operi cōsētire. Cōsentire aūt ī
opus diuina lege prohibitum est peccare. g.
maior patet qr vt dicit glo. de offi. delega. c.
1. Quadruplex est consensus scilicet negligē
tie/consily/cooperationis/⁊ auctoritatis seu
defensionis. Et ad propositum de consensu
consily. 86. dist. c. tanta/excōicantur ad duos
menses/quorū cōsilio sacerdos dnico die ru
rale opus exercuerāt. Preterea q̄cunq; actu
libero/est causa per se actus vetiti seu prohi
biti/consentit peccato ⁊ peccat/sed consulēs
per suū consilium est cā per se eorum que fa
cit/consilium exequens: vt patet scdo phisi=
corū. g. maior patet ad propositū de consilio
per illud psalmiste. fily hoīm dentes eorum
arma ⁊ sagitte ⁊ lingua eorum macera acuta
.i. gladius acutus. psal. 56. quo verbo probat
Aug. fratris occisorē esse: quicunq; ei malū
persuaserit de pe dist. 1. noli Et concordādo
de hora crucifixionis dnī Marcum ⁊ Joan
nem. a Marco (inquit) propterea dictū/erat
aūt hora tertia ⁊ crucifixerunt eum/vt osten
deret magis crucifixisse dnm quorum con
silio ⁊ clamore affixus est cruci q̄ eos qui iu
xta officium suum principi ministerium ex
hibuerunt/verissime iudicans/magis fuisse
domini necatricem linguā iudeorū/ q̄ mili
tum manus. Et ne existimemus hoc proce=
dere solū dum quis de industria maluz sua
det vel consulit Piero. audiamus. pena (in
quit) Arry nonduz est determinata/quia in
certū est quot suo errore sint decipiendi nul
lus autez hereticus scienter seu de industria
mittit alios in errorem. quāq; nitatur alys
persuadere quod sentit. Eoipso quo hereti=
cus est errat/falsuz habens proverо. ⁊ si hoc
leue videatur testimonium: dnz audiamus
Leui. 19. precipientem. non maledices sur=
do: ⁊ coram ceco non pones offendiculum.
Quod Aug. tractans. discite g̃ legez (inquit)
sacerdotes/ne surdo maledicatis. tunc sur=
do maledicitis. quando consilium propter
ignorantiam dare nescitis. tunc ceco offen=
diculuz ponitis/quando falsa pro veris osē
ditis: nolite g̃ pigrescere sed legite scripturā
discite eam ⁊ sepe legite eam: hec enim est la
brum exodi. 38. seu peluis quam in taberna
culo Moyses posuit de speculis mulierum
vt lauarentur in eo Aaron ⁊ fily eius: atq;
conspectas maculas abluerent atq; purga=
rent hec ille ad fratres in heremo sermone
38. Et Saluator ait sinite eos ceci sunt ⁊ du
ces cecorum. ⁊ c. cecos minime appellaret: ni
si errantes ⁊ per imperitiam alios mitten=
tes in errorem. ¶ Ad rationes pro opposito
ad primam nego consequentiam. nam lici=
tuz est mihi ignorare precepta medicine nō
sequitur g̃ licet mihi alteri per impericiam
medicamine incognito mortez inferre. ius
etiam humanum cauet medico imputandū
esse quantum per impericiaz nocumenti in
tulerit. ff. de offici. presiden. l. illicitas. §. sicuti
medico. Et idem dicit ibi glo. in quolibet a
lio artifice per. §. celsus. l. si quis fundum. ⁊
. §. si gemma. l. item queritur. ff. locati. Exce
pit tamen mensorem: quia ei specialiter sub
uentū est de iure/quod procedit saltem quo
ad actionem ciuilem: ⁊ certe equissimuz est
eius impericiā culpe annumerari: qui facto
peritum se exhibet seu ostendit: cum nul=
lus affectare debeat/ in quo intelligit vel in
telligere debet impericiam suam alteri peri
culosam futuram. vt in simili dicit lex de in
firmitate mulionis. ff. ad legez aquiliā. l. idē
iuris. §. idem dicētur. Et eadem. l. si per im=
periciam mularum impetum non retinens
aliuz obtriuerit vulgo dicitur culpe nomine
teneri. ⁊ l. sequenti de obstetrice dicitur. si p
prys manib⁹/vnde mulier peryt suppositū:
occidit. si vero dedit vt mulier sibi offerret/
causam mortis prestitit ⁊ actione in factum
tenetur. Etiā de iniurys c finali dicitur/ nec
ignorantia te excusat si scire debuit ex facto
tuo iniuriam verisimiliter posse contingere
vel iacturam. Et in eodem c. si damnū datū
est impericia tua siue negligentia/iure super
bys satisfacere te oportet Ex q̄ cōcludūt do=
ctores cōtra Innocētiū/ i foro cōscie teneri
boiez ad dampna resartiēda/ que sua culpa
etiā leuissima alteri data sunt. Et per. c. co=
suluisti. 2. q. 4. vbi ōr/cōtestādos eē parētes
vt tenellos secū in vno lecto non ponāt) ne
negligētia qualibet pueniēte suffocētur vel
opprimātur. vñ ipsi homicidy rei iueniātur
¶ Ex quibus patet aduocatū cliētulo tene=
ri ad estimationē dampni/quod sua iperitia
accidit prout tz Panor. octo. c. si. de iniurys.
Hostien. i summa de penitētys ⁊ remissio.
Jobānes fabri. Institu. qui ⁊ ex quib⁹ cansis
manumitti nō pnt. Et Joan. Andre in ad=
ditionibus ad specu. titulo. de aduocato ad
finē. Pro hoc facit textus. l. finali. ff. de va=

rys ⁊ extraordinarys cognitionibus de iudice: videlicet qui per imperitiā seu imprudentiam male pronunciauit: qui ibi dicitur teneri quasi ex maleficio actione in factum Et si assessoris imprudentia ius aliter dictū sit/ꝗ̃ oportuerit sibi oberit. ff. quod quisq; iuris. ⁊c. l. hoc edicto. ⁊ par ratio est de quolibz exhibente se in actu aliquo tanq̃ peritū: vt notant doctores signanter Panor. in. c. quia iudicante de prescrip. Et bar. in dicta l. fi. de varys ⁊ extraordinarys. ⁊c. Est enim in culpa immiscens se rei ad eū non pertinenti: iuxta regulam/non est sine culpa de regulis iuris li. 6. Obycies forsan qui ob solam vtilitatez alterius aliquid prestat vel operas impendit solū tenetur de dolo vl lata culpa cōmodans enim alteri vas vicioſum si ignarus fecit/nō tenetur. ff. cōmodati. l. in rebus. §. itē qui sciens ⁊ l. penul. eodē. ti. secus in locato ⁊ deposito/vbi vtilitas versatur locātis vel deponentis. Ignorantia nāq; locātis dolia vicioſa nō est excusata/sed tenetur ad int̄ esse. ⁊c. ff: locati. sed addes. §. si quis dolia vicioſa ignarus locauerit: g̃ videtur consulēs nō peccare/si ob solā alterius vtilitatem ex impericia malū/seu ꝯ legez cōsuluerit. ⁊ pro illo facit quod notāt doctores eos qui inter partes adhibentur ad discordiā sedandam/ nō teneri de leui culpa vel impericia. sed de dolo vel lata culpa sicut agrimensor/de quo bar in l. fi. de varys ⁊ extraordinarys cognitionibus: ⁊ Panor. in c. qr indicāte de p̄scr.

¶ Respondeo aliud est de cōmodo ⁊ detrimento in bonis fortune: quorum hoīes sunt dñi: ⁊ possunt fortune sortiuz cōmittere aut quantūlibet imperiti hoīs dictamini Aliud de vita anime vel corporis: quoruz liberam dispositionē non habēt: neq; licet omittere quicquid diligentissimus eiusdē conditionis ⁊ professionis facturus erat: vt eorundē animē videlicet ⁊ corporis cōsulatur saluti Et quis eum non culparet qui medices imperitus periclitāti de morte audet medicamen adhibere/ quanto igitur acrius arguendus venit/qui diuine legis expers/consiliuz inferre de aīe morte ambiguo presumpserit ꝯ illud ecclesiastici. §. si est tibi intellectus responde proximo: sin aūt sit manus tua super os tuuz: ne capiaris in verbo indisciplinato ⁊ confundaris: ⁊ aplūs periculo huiusmodi obuiam ire cupiens dico inquit per gratiaz que data est mihi oībus qui iter vos sunt/nō plus sapere q̃ oportet. sed sapere ad sobrietatem/⁊ vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. causam adiungens: qm̄ non omnia mēbra eundē actū habent ⁊c. nec certe sine graui discrimine esse potest/si manus officium vsurpare velit ipsius oculi hinc precetū legimus nolite plures mgrī fieri/scientes qr maius iudiciū sumitis Jaco. 3. ⁊ Aug. coartatus ad regimen ecclesie inducias petyt a Ualerio: vt diuinis prius vacans oraculis discere posset quid episcopū vel sacerdotem oportet docere. patet g̃ non valere cōsequentiam in solam alterius vtilitatem prestat consiliū: g̃ contra legem consulens non peccat: magnam enī cautelam adhibere necesse est vbi tam graue versatur anime discrimen ⁊ periculum. qui igitur cecus est ducez se alteri exhibere non presumat: sinat aliuz potius incedere ambigue/q̃ seipsum temere consulendo primuz precipitet. ⁊ iuxta hoc aduertere potes per temeritatem aliqū mortaliter peccare hoīez: qui ad legē dei cōformiter prebet consilium/puta dū se nouit. aut aduertere deberet/in lege dei imperituz ⁊ nihilominus de via salutis ambiguo prebere audet ducatū consily/per simile de illo qui mortaliter egro/medices imperitus medicamen adhibet quo fortuite recte sanat.

¶ Ad secundū nego consequentiam. ⁊ ad p̄ bationem dico q̃ oīs ille consentit in peccatum qui in actum consentit diuina lege prohibitum: quāuis actuz principaliter faciens excusetur a peccato: vt patet in eo qui procurat aliquos coniungi/quos ipse solus nouit inuicē affines vel cōsanguineos infra quartum gradum. ⁊ vt clarius casum habeas. pone q̃ sit mater vtriusq; ⁊ vnuz infantem exposuit: vt ceteris oībus sit incognituz. cuius est proles. Si petas an ergo procurans fatuam fatue commisceri/qui ob defectum consensus matrimoniū contrahere non valent peccat. Respondeo prohibitio ⁊ preceptum ligant solum ratione vtentes: ita cōsentiēs in actū illorū: nō consentit in actū illis diuina lege prohibitū: plusq̃ si ī bruto rū cōmixionē assensū p̄stat. secus de ignorātiū actu q̃ rōne vtūtur. q̃ q̃ p ignorātiā vel īuicibilē diuini iuris vel p̄babilē būani aut eor q̃ sunt facti vacēt a culpa. etiā ignorātia sepe excusat simplices. q̃ culpa est in sacerdotib⁹ cōsulētibus Vilissim⁹ nāq; reputād⁹ est nisi scia ⁊ sctitate p̄cellat q̃ est honore p̄stantior. 1. q. 1. vilissim⁹ Preterea ignorantia iuris diuini nō excusat in actu p̄hibito/nisi sit inuicibilis nō solū q̃ ad dissolutionē sz ēt q̃ ad euasionē. vt vult Altissi. ⁊ Gratianus prout alias deduxi lati

us.ita q̃ stante ignorantia:necesse sit vnum facere quod sit contra legem.consulens aũt potest euitare peccatum seu actum lege prohibituz non consulendo saltem quoadusq̃ certior factus sit per alios peritiores/vel adhibito studio diuine legis ⁊ implorato diuino auxilio orationibus ⁊lachrimis quid dominus de casu proposito iubet. Quanta etiã requiratur diligentia vt quis inuincibiliter iam erret.dixi in quarto quodlibeto.arti.2.

¶ Sed circa hec dicta occurrit pulcherrimũ dubium:sacerdos in confessione audit eos qui vel inuincibili ignorantia diuini iuris/vel probabili ignorãtia facti vel humani iuris excusantur a peccato:an tenetur eis inotescere veritatem:⁊ de actu prohibito conscientiam formare pro futuro. Et apparet q̃ sic. Primo quia tenetur recte penitens quoad animi preparationem/omnia velle mandata implere.ĩmo paratus debet esse in animo omnia consilia implere quantum aliorum saluti viderit esse necessarium.23.q.1. paratus.hinc heretici quibus liceret sepe in subtilioribus errare / quia parati non sunt corrigi/peccant per animi pertinaciam crimine heresis.24.q.3.dixit apostolus: eadez causa.⁊ questione.qui morbidũ. Ergo apparet q̃ sacerdos tenetur de veritate confitentez informare. Et confirmatur/qui alios ab errore duz potest non reuocat/ seipsum errare demonstrat.de hereticis c.qui alios.ergo tenetur sacerdos.⁊c. Neq̃ obstat si veritatẽ edoctus scandalisabitur vel deterius aget. quia iuxta Grego.sententiam:vtilius scandaluz nasci permittitur:q̃ veritas relinquatur.de regulis iuris.qui scandalisauerit.pro eodez facit a contrario sensu.c.cuz ex iniuncto de noui operis nunciatione:quo.c.conuictus est Panor.dicere q̃ papa male faceret rescribendo:quod super certo casu alias prohibito/esset dissimulanduz/ nisi simul dispensaret de consanguinitate ⁊ affinitate. c. qr circa. Pro opposito videtur quia nemini debemus laqueum inycere peccati.27.q.1. de viduis.2. Etiaz in hys seu quo ad illa ad que alias obligatur vt ibi de viduis que voto astricte sunt ad castitatem.item c.clericos de cohabitatione clericorum ⁊ mulierum/ prohibetur ne cogantur clerici abiurare suas concubinas propter periculum periury. sed in casu nro inyceret sacerdos confitenti laqueum:dum verisimiliter timeretur veritatis stimulo recalcitraturus/vbi iã ppter ignorantiam immunis habetur a culpa.ergo. Et confirmatur.quia.c.quia circa de cõsangu.⁊ affini.consultus Romanus pontifex quid de nobili quodam agendum esset: qui falso suggesto: dispensationem obtinuerat cum illa contrahendi que sibi coniuncta erat quinto consanguinitatis gradu. Respondet:q̃ dissimulare posset episcopus vt remaneat in copula contracta: cum ex separatione videatur graue scandalum imminere Certum est autez q̃ dispensatio obtenta falsi suggestione aut veri suppressione nullius momenti est ⁊ penitus inualida.iuxta.c.secundum de filys presbiterorum libro sexto ergo licuit ibi dissimulando preterire ⁊ veritatem eis nõ innotescere. Neq̃ est vera theorica domini Anthony ⁊ Panormi. quam colligunt ex illo textu/q̃ tollerantia principis specialiter de aliquo casu tollerãdo scribentis:habet vim dispensationis. secus cuz specialiter non scribit. Quomodo secunduz eos procedit.c.cum iam dudum.de prebendis. Primo papa in casu c. quem tollerandum dicit ⁊ dissimulandum/non abilitat vt de nouo contrahant neq̃ episcopo abilitandi facultatem committit/ sed dissimulandũ dicit vt remaneant in copula sic contracta. non autem vt de nouo contrahant. Etiam sic non contineret ius commune/ sed casus particularis dispensationem :cum in similibus casibus nõ esset propter hoc (vt omnes fatentur)dispensatum. Et ita de nullo seruiret iuri communi / nisi q̃ papa potuerit sup quinto gradu consanguinitatis (cum in prohibitione erat)dispensare.item c. qui sincera 45.dist. Grego.specialiter scribit/iudeorũ tollerandos ritus.immo licentiaz (inquit) habeant liberam/omnes festiuitates ⁊ ferias suas celebrandi. Et tamen certum est super illo dispensare non potuit neq̃ voluit.⁊ c.deniq̃.4.dist.cum venia ingenio suo relinquendi sunt:ne forte peiores existant/ si a consuetudine tali prohibeantur.glo.cum venia pene ⁊ culpe propter scismatis vel scandali periculum allegat c.non potest.23.q.4. Et c.vt constitueretur 50.dist. minus ergo in proposito nostro:vbi per iuris ignorantiam excusati/bona fide commanent inuicem/sicut ⁊ contraxerunt sine peccato.⁊ certe/ vbi culpabiliter inuicem adhererent.adhuc minora mala tolleranda essent/vt grauiora euitentur. Et ita non esset stultum papam rescribere:vt in adulterio tollerentur propter graue scandalum imminens ex eorum separatione. ¶ Ex quibus concludo/contra

Hostiensez Innocentium Cardinalem ⁊ a
lios pro intelligentia Goffredi/q̃ nuda erat
ibi dissimulatio/sine effectu dispensationis
verum si iuris ignorantia cognitum fuit e=
os non excusari/ tollerari debebant/ sed ad
sacrorum participium non admitti: precipi=
ente dño. Nolite sanctuz dare canibus.⁊c̄.
Mathei.7. ¶ Ad questionem respondeo di
stinguendo de ignorantia vel enim est iuris
diuini vel iuris humani/aut facti. Si primo
modo tenetur sacerdos intimare confiten=
ti diuine legis veritatez/non obstante q̃ for
te timeat confitentez verisimiliter minime
pariturum. Quia de transgressione diuini
iuris sola excusat ignorantia inuincibilis/⁊
quādiu manet inuincibilis.puta dum facit
quicquid in se est: vt omnem diuini iuris
ignorantiam vincat/intelligo de iure diui=
no/suos actus seu per eū agēda concernēte.
alēa i parte sacerdos ostituitur diuine legis
speculator/vt si vidēs gladiū venientez buc
cina non cecinerit: requiret dñs de manu
eius.⁊c̄.ezechi.33.vnde aplus actuū.20. mū
dus ego sum a sanguine omnium vestrum.
non enim subterfugi:quo minus annuncia
rē omne consiliū dei vobis. Gregorius.mundus
ergo a sanguine eorum non esset:si non om
ne consilium dei eis annunciare voluisset:
43.dist. epbesys.⁊ Ambrosi.ⁿ sermone.74.
ego interdum parcens vobis tacere vellez.
sed malo vos contumacie causas reddere:
q̃ me negligentie sustinere iudicium.quia
ergo de inuincibilitate ignorantie non faci
le presumi potest/ ⁊ vbi constaret sacerdoti/
nibilominus officiū speculatoris explere de
bet viso gladio dei.i.verbo seu iure aut mā
dato dei/quo non auisatus:⁊ si non iaz/post
feriri posset:tenetur sacerdos confitentem/
super diuio iure facere certiorē. Si petas re
uelato sacerdoti a deo/q̃ si confitenti verita
tem edoceat peccabit scienter dei legē trans
grediens/vbi autē dissimulando preterierit
manebit inuincibili ignorantia excusatus ⁊
saluabitur:an sacerdos iuste tūc poterit file
re. ¶ Rñdeo/quia ignorantia non maneret
ei inuicibilis si sacerdos vellet annunciare
diuine legis veritatez:ad quod tenetur om
ni poscenti.prout confitens exposcere obli=
gatur:vt digne posset absolui: nō excusatur
sacerdos:quī potius sinere debeat perire ali
um: q̃ ipse culpabiliter dispensare omittat
verbi diuini obligationem ⁊ veritatem.vt
cum aplo vere dicat Christi bonus odor su
mus.alys odor vite in vitam.⁊c̄.2.ad Co.2

Ex hoc patet quid dicendum sit/posito q̃ sa
cerdos ex confitentis circumstantys ⁊ con=
ditionibus verisimiliter deprehendat eum
inuincibiliter errare:⁊ tamē pariturz mi=
nime/si edoctus fuerit de veritate.maxime
quia presumenduz est/talem non semper in
uincibiliter erraturum/ ⁊ ita per ignorantiā
illam/cum vincibilis erit/ex segnicie nō fa=
cientis'iam quicquid in se fuerit ad verita=
tem agnoscenduz verisimiliter perditurz iri
ineternum. Huius simile datur. Possideo
aliena.que si restituero/scio verisimiliter p
les mee/egene ⁊pauperes multipliciter deū
offendent:que alias per ignorantiam excu
sate de alieni occupatione bene agent/ ⁊ vi
tam recte ducent. Et vt vtriq̃ casui seruiat/
ponatis mihi non solum ex verisimilibus
hoc constare coniecturis:sed a deo esse reue
latum/ non deobligabit me hoc a precepto
restituendi. Ita in proposito similiter neq̃
licet mihi furari:vt alys peccandi occasionē
adimā eorum penuria releuata. ¶ Non cre=
do etiam via humana/ sacerdotem de hoc
certiorari posse certitudie probabilis conie
cture:q̃ simul quis inuincibiliter in aliquo
erret:totum quod potest faciens vt mereat=
tur veritatem edoceri/⁊ nibilominus noli=
turum parere/cum primum edoctus fuerit
veritatem. Etiā dicerent multi/⁊ est proba=
bilius si sacerdos per diuinam reuelationē
certiorretur/ q̃ scilicet edoctus de veritate
damnabitur vbi alias inuincibiliter errās/
si veritatem eum non docuerit saluabitur:
iam ipso facto deobligatus est ab onere offi
cy sui/puta speculatoris ad veritatem inno
tescendam/in foro penitentie. quando solū
reuelanda est in vtilitatem confitentis. Se
cus in publico/vbi provnius salute facere li
ceret/vnde mille obstinarētur magis in pec
cato. Prima autem solutio procedit:cum si
mul ei expressum fuerit deum nolle ipsum
per reuelationem deobligari.vel celatio ve
ritatis cederet in aliorum preiudicium Nec
est simile de obligatione non capiendi vel
detinendi aliena:que non soluitur constito
etiam per reuelationem/q̃ nisi capiam vel
detineam aliena quidam alias saluandi
ruent in peccatum. quia ex hoc certus non
sum:q̃ non idem periculum spectet domi=
nuz rei capiende vel per me detinende. aut
alios : quibus ipse forsitan largiretur. Uel
certe q̃ illo non enutrientur doctores aut
aly deo deuoti:qui plurium animabus con
sultum ibunt/quā per me foret prospectum.

Et sic de alys multis:que possent occurrere
In foro aūt cōscie quo ad casum positū: itel
ligo cū ex hoc nulli alteri afferr̄ preiudiciū
Et g̃ si ponatur doctor vel curatus cōfitens
qui edoctus p me/pluriū consulet saluti/qui
veritatis inscy in periculo/sunt dānationis.
etiā reuelatio iuxta casus positos/me nō ab
solueret a precepto veritatem innotescendi.
Si vero fuerit ignorantia facti/aut humani
iuris ⁊ sit ꝓbabilis/qō perpēdere pōt sacer=
dos ex persone qualitate/que ꝯfitetur/qui=
busdā enī licitū est iura ignorare.vt militi=
bus/minoribus/rusticis/⁊ feminis. de quo
ē glo.notabilis.j.q.4.§.notandum.vel si de
hoc priuilegiata non sit/doctos/ seu peritos
iuris cōsuluit/vel sine sinistra machinatiōe
tres reportauerit sentētias ⁊ sic de alys.et sb
distinguo/vel ignorātia illa alys affert pīu=
diciū:vt in detētione alieni. Uel aly scāda=
lisantur:q̄q̄ confitens ꝓbabiliter ignoret.
⁊ tunc tenetur confitentē de veritate instru
ere.alioquin furti vel scandali reus erit:quē
admodū qui furti cōscius querente possesso
re non indicat c.qui cum fure.de furtis.⁊ q̄
videt asinū odientis se iacentem sub onere:
nisi cum eo subleuauerit reus constituitur.
exodi.23.vel de nullius agitur preiudicio/sz
solum est occulta humani iuris transgressio
ex ignorantia probabili vel iuris vel facti:⁊
tunc si timetur agnita veritate:verisimiliter
deterius acturus/vt de hominis fragilitate
ex retro actis operibus/eiusdē vel aliorum
qui earundē sunt cōditionū ⁊ morū pensare
potest:debet sacerdos silere etiā vbi dilucide
docere posset ꝯ ius esse:quod confitens agit
⁊ sibi absolutionis beneficium impartiri.⁊
pro illo est casus c.Quia circa.de cōsangui.⁊
affini.vbi versatur ignorantia iuris:⁊ simili
ter est vbi aliquid est ꝯ diuinū vel humanuz
ius:propter factū ignoratū.probabili inquā
ignorantia hoīs.s.neqz nimiuz remissi:neqz
nimium scrupulosi in ingrendo/ vt si sacer
dos nouit eos primo affinitatis vel consan
guinitatis g̃du attinere inuicez:⁊ se multuz
diligere:vt verisimile sit in vetitū eos magis
inflamādos.⁊ ꝑ maxime si iudicialiter pro
bari nō possit.quāq̄ sciat confitentē verbis
suis fidē habiturū.⁊ idē si probare potest/dū
ex sua taciturnitate alys scandalū non īmi=
neat.vel si imminet:g̃ue scandalum īminet
vel equale periculū ex eorum separatione.de
his vero particularius magis istruit vnctio
q̄ ars vel scia.Obycies fortasse c.tua nobis
de cognatione spirituali.vbi dicitur qui con
tractum tale matrimoniū sciuerint:tenētur
illud ecclesie nūciare.⁊ loq̄tur de matrimo=
nio inter filios duoꝝ compatrum:per quoꝝ
alterū deuentū est ad cōpaternitatē.g̃ a forti
ori tenetur sacerdos confitenti indicare.
¶ Respondeo primo textus ille loquitur de
eo:qui probare potest impedimentum.quia
si probare nō potest non tenetur ecclesie de=
nunciare q̄uis cōmanentes inuicem peccēt
sic coniuncti:non ignorantes.s.impedimē=
tū/vt clare probatur ex.c.si sacerdos de offi
cio ordi.⁊ c.plerunq̄.2.q.7.⁊ pro eodem est
glo.de peni.dist.6.c.si sacerdos. ⁊ vbi proba
re potest:non tenetur nunciare.cum ex nun
ciatione scandalū imminet.iuxta dictū c.qz
circa:nisi forte grauius immineret. ex eorū
coniunctione.iaz vt dixi sacerdos tunc filer̄
debet:cum videt cōfitentē probabili ignorā
tia excusatū/⁊ veritate manifestata passiue
verisimiliter scandalisandū ⁊ nulluz īmine
re scādalū aliorum vel preiudicium. Aliter
etiā respondeo/q̄ aliud est de iure quod cōi
ter publicari debet ī ecclesia/ prout loquitur
dictū c.tua nobis:quia illud nemo presumi
tur probabilitē ignorare.⁊ si cōstaret ipsuz ex
certis ⁊ legittimis causis ꝓbabiliter adhuc
ignorare nihilominus īdicādū est.qz nō po
terit sp ꝓbabilitē ignorar̄.si ipse ⁊ sacerdos ō
bitū suū faciāt.sacerdos videlicz publicādo
hmōi in ecclesia:⁊ alius ecclesiam horis de/
bitis missarum ⁊ sermonū visitando.secus
de iure alio vel facto ꝓbabilitē ignorato:⁊ ex
cuius ignorantia nulli immineat quodcūq̄z
preiudiciū aut scandaluz. ¶ Ad rationes.ad
primam dico/q̄ bona voluntas:non est be=
reditas.vt ptz Mathei.12.de semine verbi
dei iacto super petrosa vel inter spinas: pro
pter quod orta tribulatione/cōtinuo scanda
lisatur tempalis homo:aut spine sollicitudi
num scz aculei suffocāt verbuz:quāq̄z igitur
paratū se offerat penitens/facere q̄cq̄d eccla
iubet:possumus nihilominus probabiliter
fragilitati sue timere.⁊ vnde verisimiliter ca
surus esset non indicare:verum hoc cum p
babili ignorantia laborat/⁊ sine animi per=
tinacia:si enim ita animo obfirmatus esset:
vt nollet etiam sibi detecta veritate ecclesie
mandatis parere/absolui non potest/ ⁊ veri
tatem ei cōuenit detegi:quatenus status sui
periculo conspecto vel tandem ad cor rede
at:⁊ a domino veniam precetur. ¶ Ad con
firmationem respondeo ad.c.qui alios lo=
quitur de erroze pernicioso/⁊ culpabili cu=
iusmodi est heresis/non de erroze iusto ⁊ p=

nicioso/ꝛ culpabili cuiusmodi est heresis:nõ de erroꝛe iusto ꝛ probabili.ꝛ vnde nulli paratur quodcunq; preiudicium. Ad verbum Gregoꝛ.procedit cum vtiliter veritas denunciari potest.frustra aũt niti ꝛ nihil aliud laborando q̃ odium querere:extreme dementie est vt inquit Hiero. Et ad propositũ nostruz deveritate tacenda prophetaait hostes iusti: capientes munera ꝛ pauperem in porta deprimentes/propterea taceb it vir prudens in tempoꝛe illo.quoniã dies mali sunt. Amos .5. Et idem sentit Hiero. vt allegatur.11.q. .3. Quando ergo vir ecclesiasticus ꝛc.in ppo

D sito autem nostro iutiliter veritas ipsa doceretur vt patet.g ꝛc. ¶ Ad tertium autez principale de regulis iuris/respõdet Ricar.de mediavilla.15.disti.4.sniarum cõsilium maluz datũ ex ignorãtia/si hõ debitã diligentiã nõ adhibuit ad scienduz:sub fraudulẽto cõprehẽdi/qꝛ crassa negligẽtia ppe dolum est. Ego rñdeo q̃ regula loquit solũ de obligatione ciuili que nascitur homini:dicta vero dubitationis resolutio/ō naturali/qua homo peccans fit reus ꝛ obligatus deo. Etiã si mãdem vel consulã alicui rẽ turpẽ nulla oriẽ ciuilis obligatio ipsi mãdatario.ff.mãdati.l. Si remunerandi.§.rei turpis. ꝛ tñ naturaliter ꝛ i foꝛo dei reparare obligoꝛ ei quãtũ nocumẽti intuli malũ psuadendo. etiã volũt doctores multi regulaz pcedere:qñ aliq̃s sine cõsilio facturus erat. Quia vt dꝛ.ff.mandati.l.si remunerãdi.§.plane/q̃s ex mãdato obligat in solã alterius vtilitatẽ prestito/ dum alias mime facturus erat : qõ tñ ppꝛie mãdatum nõ est sz consiliũ:vt patz eodẽ ti.l.2.ad finez. Et iterũ speciale est de his qui se vt pitos exhibent ꝛ magistros.vt patz in his q̃ se vt medicos exhibent ꝛ nullomõ excusãtur q̃ se ad cõsulẽdũ vel determinãdũ offerũt.vt eni de oi culpa tenet qui depoito se obtulerit vel aliquid pro custodia receperit de deposito.c.2. vbi als dolũ tñ prestaret vel latã culpã: non min⁹ qui vt oiscy habeant vel peritioꝛes appareant/moto dubio ad dissoluẽdũ se statim ingerunt/ꝛ de capite suo diuinis libꝛis nõ cõsultis/determinare presumũt apō districtum iudicẽ de omni culpa etiã leuissima rei sunt.

Tertiũ principale est an sine graui doloꝛe possum⁹ peccati veniam ꝓmereri. ¶ Et videt q̃ sic. Prio Ezechielis.18. Quacũq; hoꝛa ingemuerit peccatoꝛ/oim iniquitatũ eius non recoꝛdaboꝛ. Itez zacharie prio. Cõuertimini ad me ꝛ ego cõuertar ad vos. Itẽ Apocal.3. Ego sto ad ostiũ ꝛ pulso/si q̃s aperuerit mihi ianuã ꝛc. Et Jacobi.4. Appꝛopiquate deo ꝛ appꝛopinquabit vobis. Ex quib⁹ Anselmus cõclusisse videt nostra ex parte causaz esse/si gratiã dei nõ suscepimus: qñ deus eã semp offert. ¶ Dat filẽ de offerẽte pomũ alteri nõ volenti accipere. Etiã Aug.tractãs illud apli ad Roma.5.iustificati igitur ex fide.ꝛc.si deus inquit confugientem ad se non susciperet:esset in eo iniquitas. sed remisso doloꝛe interdum homo ingemiscit:conuertit se ad deũ:aperit ostium coꝛdis:confugit ad ipsuz. ꝛc.ergo ꝛc. Secũdo qꝛ sacramẽtũ baptismi ꝛ penitentie ex opere operato conferũt primam gratiam.ergo preter deuotionẽ ꝛ ministri ꝛ suscipientis operantur remissionem peccatoꝛum. Antecedens patet. quia in hoc solo eminent sacramẽta noue legis a sacramentis veteris testamenti:quia ipsa efficiũt quod signant:vt patz 4.sententiarũ in principio.ꝛ cõsequentia tenet.quia si ex deuotione ministri vel suscipientis:iam non esset ex opere operato.id est ex opere quod extrinsecus adhibetur.sed opere operãtis scilicet ministri vel suscipiẽtis deuotione. Hinc Scbotus.14.dist.4.sententiaruz.q.4.sentit nihil requiri vt assequatur homo gratiã per sacramentũ penitentie vel baptismi:preter volũtariam susceptionẽ sacramenti.ꝛ exclusionẽ fictionis que est per obicem actualis culpe moꝛtalis. Et confirmatur quicunq; habet fidem sacramenti ꝛ proposituz suscipiendi eo ipso suscipit effectuz sacramenti/puta gratiã g nõ requiritur magnus doloꝛ siue deuotio Antecedẽs patet de baptismo ꝛ eius effectu c.debitum.vbi de eo qui seipsum aqua perfundens in nomine trinitatis.ꝛc.dicitur . si talis continuo decessisset:ad patriam protinus euolasset: propter sacramenti fidez.ꝛ si non propter fidei sacramentum . Et de presbitero non baptisato in c.apostolicã dicitur qꝛ in sancte matris ecclesie fide ꝛ confessione cbꝛisti nominis perseueraueꝛit ab oꝛiginali peccato solutum ꝛ celestis patrie gaudium esse adeptum asserimus incunctanter. Propter que glo.in c. dudum secundo de electione/cum dicitur q̃ occupans duas curas de facto anias damnabiliter decepit: dicit.se non credere q̃ perierint: non quia ille posset eos absoluere sed propter fidez sacramenti.iuxta c.allegata.ꝛ c.baptismi vicem: de consecra.dist.4. Etiam nisi sic.graue videretur iugum Cbꝛisti.ꝛ onus importabile

vt veteris legis.contra illud.Mathei.11. iugum enim meum suaue est: ⁊ onus meum leue.¶ Preterea tertio.minima cõtritio sufficit ad deletionem quãtumlibet magni peccati.ergo non est magnus dolor necessarius Antecedens patet quia contritio est motus charitate formatus.Charitas autẽ est vestis nuptialis diuidens inter filios regni ⁊ perditionis.vt ex Aug.allegat glosa.p̃me chorin.11.g̃ mĩma cõtritio delet omne mortale peccatum.¶ Et cõfirmatur modus implendi preceptũ non cadit sub precepto. ergo qui cunq; dolet de peccato.siue intẽse siue remisse/satisfacit precepto/quo iubemur culpam dolore abstergere/seu de peccato dolere.Ãcedens ꝓbat̃/q; reddens depositũ siue intenso siue remisso affectu:eque satisfacit p̃cepto Similiter dans elemosinã necessitatẽ patienti/vel honorãs parẽtes ⁊ sic de alys g̃:⁊c.¶ Ad oppositum est descriptio contritionis quã Isidorus tradit 2.li.de sũmo bono.c.12 Contritio est cõpunctio ⁊ hũilitas mẽtis cũ lachrimis veniẽs de recordatione peccati ⁊ timore iudicij. sed peccatũ nõ deletur absq; contritione.g̃ ad peccati deletionẽ requirit̃ magnus dolor.¶ Pro huius solutione tria p̃mittã.Primũ/reprehẽsibile ẽ valde peccatoribus veniã ⁊ securitatẽ de pcti remissiõe/facile polliceri. vñ Isidor⁹/li.allegato .c.13. Sũt qui penitẽtibus securitatẽ cito pollicẽt̃ quibus bene per ꝓphetam or. Hyeremie'.6. Curabãt cõtritionẽ filie populi mei cũ ignominia dicẽtes pax/⁊ non erat pax. cũ ignominia igit̃ curat cõtritionẽ/q̃ peccãti ⁊ non legittime penitenti promittit securitatez.vnde sequitur:confusi sunt qui abhominationem fecerunt:id est confusi sunt non penitẽtes:sed penas luendo: ⁊ paucis interpositis quãuis per penitentiam propiciatio peccatorum fit/sine metu tamen homo esse nõ debet:quia penitentis satisfactio diuino tantũ pẽsatur iudicio:non humano:proinde quia miseratio dei occulta est/ sine intermissione flere necesse est/hec ille:Item 50. dist.c.si q̃s diaconus dicitur:cum ante tribunal/pro suis peccatis: damnandi aduenerint qui non acta digna penitentia credunt sibi dimisisse deum /quomodo sacerdotes indulsisse videtur contra nos causaz dicturi sunt:quod dũ duram asperitatem lingue eorum expauimus aut falsa blandimẽta ⁊ periculosas adulationes eorum libenter accepimus:in peccatis eos permanere inutiliter indulsimus. Neq; obstat verbum Chrisostomi non debet dispensator esse tenax vbi paterfamilias est liberalis 26.q.7.c.alligant:quia loquitur de pena iniũgenda vere penitentibus:vnde dicit quemadmodum si fascez super humeros adolescentis imponas:quam baiulare non possit/necesse habet aut fascem deponat aut succumbens confringatur: Sic ⁊ homo cui pondus graue penitẽtie imponis/aut ipsum reyciet/aut suscipiens dum ferre non potest scãdalisatus amplius peccat.Deinde ⁊ si erramus modicã penitentiaz iniungendo:nõ ne melius est propter misericordiã rationez reddere: q̃ propt̃ crudelitatem vbi etiã paterfamilias.⁊c.¶ Secundum q̃ difficultas magna est inter doctores/an claues sacerdoty se extendant ad culpe remissionem:⁊ certe probatissimi theologi/sẽserunt q̃ nõ. magister sen.18.dist.4.dicit sacerdotibus nõ cõcessit deus potestatem culpã dimittendi seu ligãdi ⁊c.sed ostẽdẽdi hoies ligatos ⁊ solutos.In culpis igitur retinendis ⁊ soluendis sacerdos opatur ecclesiasticus:quod ĩ lepro sis oliz legalis Et sunt illa originaliter verba Piero.tractantis illud Mathei 16.quod cunq; ligaueris.⁊c.Itez doctor Irrefragabilis quarta parte.q.80.sacerdotis potestas se extendit ad culpaz delendã per moduz ꝏ precantis:sed per moduz impartientis vel ĩperantis nequaq̃:vnde dicit sacerdos nunq̃ tentaret absoluere eum de quo non presumeret q̃ esset absolutus a deo/concludẽs potestatem clauium ad culpaz delendam se non extendere.Illud vero Ioãnis 20. quorum remiseritis ⁊c. Dicit intelligendum quoad pene veram dimissionem vel alligationẽ vel quãtum ad culpam quoad ostensionem/cui alludere videtur glosa interlinea. ibidẽ dicens id est quos dignos remissione iudicaueritis/duabus clauibus:videlicet potestatis ⁊ discretionis: Eiusdez sententie videtur Bonauentura .18.dist.4. ⁊certe probabile videtur:quia eadẽ est sacerdotibus data facultas culpam retinendi ⁊ dimittendi/ manifestuz est autẽ q̃ culpam retinere non possunt vere penitentis:quomodo ergo soluere poterunt culpaz minus digne penitentis:attamen quia doctores aly probabiliter oppositum sustinent/q̃ penitentia scilicet sacramentalis:vt secunda post naufragiuz tabula primam interdum confert gratiam:ex opere opato hoc indiscussuz tamq̃ probabile dubium pretereo.¶ Tertium q̃ non quelibet displicentia de peccato propter deum meretur de congruo gratiã ⁊culpe remissio

nem:probo deutero.4.dicitur. Cumq; quesieris ibi dominum deuz tuũ inuenies eum si tamen toto corde quesieris eum:ꝛ tota tribulatione aĩe tue/postq; ꝛc. vbi aperte innuitur non inuenturos esse deum nisi toto corde ꝛ tota animi tribulatione quesierint ꝛc. Item displicentia talis de omni etiaz peccato propter deũ/stat sine tremore ad sermões domini: ꝛ q̃ tunc non respiciat dñs aperte probat illud Esaie vltimo. Ad quez autez aspiciam nisi ad pauperculũ ꝛ contritum spũ ꝛ trementem sermones meos. Tremor aũt est magnus ꝛ manifestus timor:vt dicit glo tractans illud apostoli ad Philip.2. cum timore ꝛ tremore operamini vestrã salutem. ꝛc. Preterea qui penitentiã moriẽtibus abnegauerit/reus erit animarũ/ quia dominꝰ dicit:quacunq; hora conuersus fuerit peccator:vita viuet. 26.q.6.si quis presbiter:ꝛ ibidem c.agnouimus salutem hominũ adimit quisquis mortis tempore penitentiã sibi denegat:ergo motus displicentie de peccato,propter deum/ cum proposito suscipiendi sacramentũ/immo cũ requisitione sacramẽti:nõ reponit statiz hominẽ extra culpam ad statũ gratie:sed stat cum mortali peccato. Idez videtur sensisse Aug.cum dicit hominẽ nõ tãcito soluẽdum a peccato ex desiderio sacerdotis:sicut si per sacerdotẽ absolueret de pe. distin.6. Qui vult penitere. Et de pe.distin.1. Quẽ penitet.g̃ non quibet remissus gradus displicentie sufficit expurgare culpã hoĩs. Et idem videt velle Scbotus/qui ceteris tamẽ mitius est loquutus.14.distĩ.4.q.4.

Tercio confirmatur ys propter cuius offensam damnum datum est/ occasionem damni dedit: sed qui occasionem damni dedit damnum dedisse videtur de iniurys.c.fi.g. tenetur dãna data reparare. In oppositũ arguo:nulli tenemur ad restitutionẽ ex ablatione nisi sit iniuriosa:sed blasphemũ est suspicari vel dicere q̃ deus auferẽdo facit alicui ĩ iuriã:g̃ ex ablatione quã facit de⁹ nemo obligatur ad restitutionẽ. Et ꝯfirmatur:qz sciẽti ⁊ cõsentiẽti nõ fit fraus neqz dolus. vt est re. iu.li.6.sed ĩ ablationẽ quã facit deus quisqz consentire tenetur/⁊ cõsentit actu elicito vl̃ debito/cum teneamur velle vt dñi voluntas in oĩbus fiat/iuxta orationem dñicam g̃. Et põt ex eodẽ fũdamẽto sic argui. oĩs ablatio que inequalitatẽ iusticie continet furti noĩs cõprehenditur/⁊ furtũ cõmittitur dño inuito.g̃ cum in ablationẽ quã deus facit nemo possit saltẽ licite esse inuitus:sequitur q̃ ablatio a deo facta non est ꝯ equalitatẽ iusticie seu iniuriosa. In hac questiõe duo sunt que perplexã videntur facere materiã ⁊ intricatam/cum ĩ ꝯrias partes apparentiã magnã inducant. Primũ pro parte negatiua faciẽs est/quantumlibet quis dederit cãm substrãctionis gratie/non facit illi cui subtrahitur iniusticiã:patet qz substrãctio gratie iniusticiaz non continet/alꝯ gratia esset debituz: vnde siue ex odio seu quocũqz respectu substraho Johanni gratiã quã bucusqz ei feci/peccare possum in eum cõtra caritatẽ/ ſz iiusticiã nõ facio/Et ideꝫ videt q̃ũcunqz apud principẽ psuasero vel effecero:vt gratiã ĩ Johãne nõ cõtinuet/ſz q̃cquid habem⁹ /grã dei est/ergo dãdo causaz vt deus aufer at nõ obligamur ad restitutionẽ. ¶ In ꝯrium est/qz dãs causã damnificationi apud deum/iniuste damnificare videtur quẽadmõm dans p offensam suã pricipi ẽreno causã iferendi bellũ/iiuste damnificat/non obstante q̃ princeps ille ex iusta causa damna inferat sine iniuria/vnde sicut ibi manu dãnum inferens ad restitutionem nõ tenetur/ſz alius tenet q̃ dat causam/sic in pposito / deus iuste infert/⁊ q̃ dat causam iiuste/filꝯ oĩs depdatio fit a deo pncipaliter ⁊ iustissime/iuxta illud. Si ẽ maluz in ciuitate qõ nõ fecerit dñs Amos tercio/si pro non/sicut ibi si introibũt ĩ requiẽ meam vnde glosa/sicut ea que superius memorata sunt nõ fiẽt/nisi certa cã extiterit/ ita nõ erit tribulatio nisi a dño venerit/hinc Esaie.45. Ego dñs ⁊ nõ alter formãs lucẽ ⁊ creãs tenebras/faciens pacem ⁊ creans malũ/⁊ nihilomin⁹ alius manualiẽ depdationẽ faciens restituere obligatur/⁊ iniusticiam facit. ¶ Pro hui⁹ solutione ẽ aduertendũ q̃ duplex est cã damnificationis.ſ.priuatiua sicut nauta p suã absentiã est cã piclitationis nauis/⁊ quedã ẽ positiua sicut is q̃ manu euertit nauẽ. Quo ad primuz sicut is q̃ adhibita medela sanari potuisset/mori ꝯ ex defectu iuuaminis ⁊ tũ a cã intranea moritur/sic deseuiẽte manu dñi in nos q̃ per hoĩs intercessionem auerti posset si murũ se erigeret pro domo israel dicimur/pcuti ex defectu iuuaminis ⁊ per causã quãdã priuatiuã.⁊ cõtingit hoc tripliciter. ¶ Primo non pstante eo opẽ qui ad hoc mime tenet/vt si ĩ sodomis facte fuissent virtutes q̃ in Capharnaũ facte fuerunt:fortasse mãsissent in hanc diem ⁊c. Mathei.11. perierũt g̃ ex defectu iuuamis qõ deus g̃tiose adhibere potuisset/sed vt nõ tenebatur:ẽt nõ adhibuit. Itẽ pugnante israꝯ cõtra Amalech Exodi.17. Remittẽte paululuz manus Moyse/vincebat Amalech ⁊ vincebat Israel/ q̃ diu vero man⁹ extentas habuit Moyses ad deum/vincebat Israel/ Moyses nõ ꝯ peccasse p fatigatiõe remittens manus.ita vincebat Israel ex defectu iuuamis p Moysen adhibẽdi/ad qõ saltem pro tũc nõ obligabatur/priusq̃z sciret ex manuũ remissione/israꝯ tale detrimẽtum eẽ obuenturũ. ¶ Scõo fit qñ is omittit ferre opẽ q̃ ad hoc tenet sola lege charitatis/vnde sic in fame vel alia necessitate tenemur ad corporalẽ elemosinã/nõ min⁹ cũ plagã grassari videm⁹ in ppꝯo/⁊ bello atteri patriã ⁊ icendio vastari:tenemur ad elemosinã spũalẽ p releuamie paupeꝛ ppꝯi. ¶ Tertio cõtigit qñ is omittit q̃ speciali lege puta ex officio vl̃ iti pẽdio ad defensionẽ ppꝯi/p arma spiritualia tenet. Juxta hoc ad sciendũ quis hozum ad restitutionẽ obligatur.pono tres ppositiões Prima.q̃ prio mõ est cã p̃uatiua plage neqz peccat neqz obligat ad restitutionẽ/patet qz qui sic possit obuistere dãnificationi alteri⁹ ĩ temporalibus ⁊ nõ facit si tps est seu casus/ pro quo seu in quo non tenetur/neqz peccat neqz ad restitutionem tenetur.ĩmo nec proprie dicitur causa priuatiua / nisi cum debet seu obligatur impedire ⁊ non facit:vt quãtumcũqz peritus nauta potuisset seruare nauem que perijt in mari Hispanico/si non sit eius cure commissa non proprie dicim⁹ ipz sua absentia causam fuisse submersionis illius. ¶ Scõa propositio. Qui scõo modo est causa priuatiua plage peccat nõ impediens:

sed restituere non tenetur/q̃ peccat patet/qz per casum omittit in necessitate proximozũ dare elemosinam quando propter necessitatẽ ad hoc tenetur/de quo seruit illud Mathei.25.esuriui ⁊ non dedistis mihi manducare.⁊c. Unde colligitur manifeste:q̃ nõ solum tenemur ad elemosinã in extrema necessitate corporis:cum vtiqz fine illo imminet mortis periculum:sed etiam in necessitate arcta.vt recte tradit dominus Petrus de palude dist.15.4. Et q̃ non teneatur restituere patet ex simili de elemosina corporali.nã qui in necessitate recusat mutuuz tradere indigenti:non propterea tenetur dãna reparare que alius ex defectu pecunie incurrit. Si militẽ qui in necessitate non dat cibuz fame morienti/peccat quidem ⁊ interpretatiue siue priuatiue occidit. Non tamen tenetur ad restitutionẽ acsi manu vel cõsilio aut als cauſaliter ⁊ positiue occidisset.imo vt deduxi in materia restitutionũ quamuis dolo quis desistat obuiare damnis aliozum:non propterea obligatur ad restitutionem. ¶ Tercia ꝓpositio/qui tercio modo est priuatiua causa plage vel damnozum in populo/ non solum peccat contra charitatem:sed etiam cõtra iusticiam:⁊ tenetur damna reparare que populo inferuntur ob carentiam debite defensionis. ¶ Patet manifeste quia milites conducti ad defensionem tenentur resarcire omnia damna que conducentibus per eozum negligentiam vel non debitam defensionem obueniunt. Unde nauta conductus ducere nauem ad certum locum si per eius absentiaz vel negligentiam nauis periclitetur/tenetur de mercibus ⁊ naue perdita ad reparationem. Similiter quia regis officium est patriam ab inuasozibus defendere furta cohibere.⁊c.c.regum officium.⁊.c.rex debet.23.q.5. ideo damna que in talibus cõtingunt ex regis negligentia:tenetur reparare. Ex hoc sequitur corrolarie. q̃ aliquotiens vir ecclesiasticus tenetur laycis reparare dãna que pro suis peccatis eis infert deus/puta requiruntur ad temporalem penaz pro culpis dimisis:vel ĩ quibus adhuc sunt: quam deus non inferret nisi vir ecclesiasticus iuxta officij sui debitum negligeret populum defendere.patet exemplariter de milite conducto ad defensionem ab eo qui inuaditur bello iusto:is enim si operas debitas impendere neglexerit:tenetur de damno.ecclesiasticoz autem beneficia sunt stipẽdia propter que obligantur ad defensionem populi ⁊ portare eozum peccata apud dominũ/numeri.18. Filys Leui dedi omnes decimas pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo federis / vt non accedant vltra filij israel ad tabernaculum:nec cõmittant peccatum mortiferum/solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus ⁊ portantib̃ peccata populi/ Et quid est domini q̃ nos laici de mãmona iniquitatis amicos faciunt/nisi vt eos cum defecerint recipiamus ĩ eterna tabernacula nostra. Luce. 16. Consimiliter propter defensionem:vt sepem obiciam̃ diuine iracundie ⁊ impediat plaga percuti populuz. Ezechielis.22. Et quesiui de eis virũ qui interponeret sepem et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparez eam:⁊ nõ inueni ⁊ effudi super eos indignationẽ meã Ecce quomodo beneficiuz datur propẽ officium de rescriptis.c.fi.libro.6. non quidez vt putamus verbale tantum:⁊ quod ex ecclesie institutione oze pronunciam̃/ sed ꝓpẽ officium/taliter factum/vt scilicet valeat ad supportandum peccata populi ⁊ eos contra diuinam iracundiam defendendam.

¶ Si sit causa positiua operans seu faciens ad punitionem aliozum/ hoc contingit tripliciter/vel dat causam vt puniãtur pro suis proprys sceleribus:vel pro scelere alieno/sic q̃ peccatum vnius inuoluat simul alium ad penam/vel tercio vt mixtim puniantur pro iniquitate propria ⁊ simul aliena. Si primũ hoc ꝛtingit quadrupliciter. ¶ Primo dãdo etiam causam sceleribus ⁊ ex consequenti flagello seu pene/sicut inducẽs aliũ ad furtũ est causa suspendij eiusdem ⁊ de hoc ĩ tercio articu. ¶ Secõdo remouendo prohibens sicut tollẽs asseres super quos lapis quiescebat ẽ causa descẽsus lapidis. Sic qui enormitate criminum vel multiplicitate tollit a ciuitate vel loco presidia angelozum est causa deprecationis ⁊ plage ciuitatis/de hoc Jeremie 51. Curauimus Babilonem ⁊ non est sanata/reliquamus eam ⁊ eamus vnusquisqz in terram suam/quoniaz peruenit vsqz ad celũ iudiciuz eius ⁊c. Et Esaie.5. De vinea expectata vt faceret fructum fecit labruscas/auferinquit ab ea sepem:⁊ erit in conculcationem/sepem (glosa) idest presidia angelozz. Similiter quoniaz viri iusti placentes deo seruant locum ab excidio/de quo Ambrosiꝰ libro de Abraham patriarcha tractãs illud Genes.18. De precibꝰ Abrahe pro zodomis/ hic discimus quantus murus sit patrie vir iustus/⁊ quemadmodũ non debeam̃ inui-

dere vel temere derogare bonis: quoꝝ nos fides seruat/iusticia ab excidio defendit. Itē Jeremie 50. Circuite vias Jherusalē ⁊ querite in plateis eius /si inueniatis virum faci entem iudiciuꝫ ⁊ querentem fidem: ⁊ pro picius ero ei. Hieronymꝰ exponit ei scilicet ciuitati Jherusalē. Item Ezechielis. 22. Et quesiui de eis virum qui interponeret sepez ⁊ staret oppositus cōtra me pro terra/ ne dis siparem eam ⁊ non inueni ⁊ effudi ⁊c. Qui ergo pellit viros tales/ vt religiosos reforꝫ matos vel ipedit correctiones debitas quē bomines iustos ⁊ bonos fiunt/ille per viaꝫ remouēdi prohibēs est causa omniū malo rum que per eos fuissent ipedita. ¶ Tercio fit dando causam fine qua nō/ verbi gratia: si complet numerum scelerum: vltra quem non decreuit parcere deus. de quo Gene. 15. dixit enim dñs Abrahe: qꝰ peregrinum fo ret genus suum in terra nō sua/ ⁊ subycient eos seruituti ⁊ affligent eos quadrigētis an nis: verum tamem gētem cui seruituri sunt ego iudicabo. ⁊c. generatione autez quarta reuertentur huc: necdum enī īplete sunt in iquitates Amoreorum vsqꝫ ad presens tps. id est nondū peruentum est ad eam sceleruꝫ multitudinem: post q̄ decreuit eos de terra sua deycere. sic Amos primo sup tribus sce leribus damasci ⁊ super quatuor nō cōuer tam eum/ de quo Hieron. in prologo/ super tribus sceleribus/ ⁊ super quatuor non con uertam eum tercio peccatorum indulgenti am deum posse dare significat. quē quarto eadem peccata admittentibꝰ nec indulgen tiam nec penitentiam daturum annunciat. Nam per ignis similitudinem quē in predi ctas gentes immittendum predixit/ grauez atqꝫ irreuocabilem dei iram ad euersionez earūdem ciuitatum pcessuraz: voluit demō strari. Quarto fit orando īprecando seu ma ledicendo vel arte nigromantica / vel alias demonum adiutorium inuocando. Oꝝ aūt deus ad imprecationem seu maledictionez aiterius/ aliqñ aliū puniat pro suis peccatis/ quem alias non esset puniturus/ patz eccle siastici. 4. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram/ ⁊ non relinquas querentibus tibi retro maledicere/ maledicentis enī tibi in amaritudine anime exaudietur depcatio illius/ exaudiet enim eum qui fecit illuz. Et ecclesiastici. 35. Non accipiet domin⁹ psonā in pauperem/ ⁊ personā lesi exaudiet ⁊ infra Nōne lacbrime vidue ad maxillam descē dunt/ ⁊ exclamatio eius super deducētē eas a maxilla enim ascendunt vsqꝫ ad celum/ ⁊ dominus exauditor non delectabiꝫ in illis. Et planius ecclesiastici. 3. Benedictio patris firmat domos filiorum/ maledictio autem matris eradicat fundamenta. Uñ ⁊ diuin⁹ ille Plato. 11. de legibus. Edippus cōtēptus a filys ea illis impcatus ē/ que exaudita ef fectaqꝫ a dys ab oībus ferūtur ⁊c. quib⁹ ap tissimū factū est/ a dys preces parētū aduer sus filios exaudiri/ nihil enī impcatione pa rentū non iniuria perniciosius filio/ ⁊ con trario bene fieri eis cū parentes honorant ⁊ eisdem obediunt/ maledicere autē peccāti bus zelo iusticie licet/ non aūt zelo vindicte/ de quo per Gratia. 24. q. 3. cuz ergo. in fine/ sic preceptum erat filys israel vt sex tribus starent in monte Garisim vltra iordanez ad benedicendū obseruantibus legem/ sex ve ro ad maledicendum non obseruātibus in monte Hebal. Deutrerono. 27. Sed quan do fine causa maledicit: procedit illud puer biorū. 26. sicut auis. ⁊c. sic maledictū frustra prolatū in quēpiam/ superueniet puta in eū qui maledicit. ¶ Istis premissis pono hanc ppositionē/ qualitercūqꝫ quis dederit causā vt deus populum puniat soluz pro proprys peccatis/ non tenetur ad restitutionez q̄ uis zelo vindicte: vel alias animo nocēdi id p uocans ⁊ faciens in caritatem ⁊ ō proximū peccet/ secus cum īmediate procurat a dya bolo illū puniri q̄qꝫ ī nullo homini nocere possit/ nisi a deo ad id acceperit potestatem/ Prima pars pz/ quocūqꝫ aio q̄s pcurauerit iusticiā punitionis fieri non tenet ex hoc ad restitutionem/ sicut nec iudex ipse malo zelo iusticiam punitionis faciens/ executio enim iusticie iniuriaz nō continet/ vide circa lb de sētētia iniusta ex aio que tñ est iusta ex causa ⁊ ordine. 11. q. 3. Epūs. sed deus ē iudex oīm causarum ⁊ rerum/ ergo qui procurat vl dat causam vt alios puniat pro suis peccatis et non pro alienis/ quāuis iniquo animo id fa cit ⁊ contra caritatem/ nō tenetur ex hoc ad restitutionez. De eodē exemplificari potest/ si quis odio gentis inducat regē vt illi bellū moueat ex iusta causa quā contra illū habz: peccat cōtra caritatē/ sed nō obligat illi gēti ad restitutionē damnoꝝ. ¶ Scda pars patz qz sicut priuatus iniuste punit hominez pro peccato/ eadē etiā pena quā infert iudex/ ⁊ in iuste ex illa cā iniurie depredatur patriā / ex qua hoc iuste ⁊ licite facit princeps/ ita consi militer procurans hoc fieri/ iniusticiam fa cit ⁊ tenetur reparare totum damnum. sic q̄

immediate procurat per demonem damna inferri. Nec obstat q̃ demon non potest nisi permittente deo ⁊ coagente: quia sic nec homo potest cuiq̃z nocere vel damnum inferre/ nisi deo permittente ⁊ eodem principaliter agente. Ex hoc patet q̃ subtrahentes per maleficia lac vaccarum: vel inficientes blada: ⁊ huiusmodi tenentur reparare damna que intulerunt/ perinde acsi medio hominis damna intulissent. Sed contra istud videtur/ qui pellit milites conductos ad defensionez eorum qui inuaduntur bello iusto: tenetur ad restitutionem damnorum eque vel magis q̃z milites conducticy: cum per eorum negligentiam damna inferuntur. Et ille solum ē causa damnorum que iuste inferuntur ⁊ tanq̃z remouens prohibens: ergo cōsiliē qui pellit sanctos viros de patria: vel presidia angelorum qui nos peccatores tuerentur: cōtra diuinam iracundiaz consimiliē tenetur de dānis/ que tamen deus iuste pro peccatis nostris infert. Preterea non solum qui iniuriā fecit principi pro qua est ei iusta causa inferendi bellum: sed etiam q̃ impedit correctionē vel satisfactionez iniurie vnde princeps placaretur ne bellum inferret: tenetur ad damnorum reparationem: ⁊ talis remouet prohibēs/ g̃ consimiliter qui impedit correctiones peccatorū fieri vnde pacaretur deus: ne saltem plagaz inferert q̃uis pro peccatis ipsius populi videtur obligatus ad restitutionez. Nec releuare videtur si dicatur/ hec presidia angelorum ⁊ iustorum hoīm sunt presidia gratiosa non conducticia: iam repellēs solam gratiam non videtur facere iniuriaz: tum quia auferendo alteri gratiam tercy bene ago contra iusticiam: vt si aufero quod est eius sine prefixione termini/ vel cum prefixione termini cōmodatum: facio ⁊ domino rei ⁊ commodatario iniusticiam. Respō deo/ aliud est pellere imediate seu remouere prohibens/ aliud perditionis merito vel imprecatione efficere apud deum vt ipse remoueat. Primo casu admitto ipsū teneri ad restitutionē/ secundo non/ qz solum est causa vt deus substrahat suaz gratiam presidy: ⁊ g̃ ad restitutionem non magis obligatur q̃z si impetrem odio Joānis vt Petrus ab eo repetat mutuum vel commodatum: vel si ego qui sum socius Joānis prouoco Petrum: ⁊ ex hoc moueatur Petrus reuocare illam g̃tiam a Joanne: vnde isto secūdo modo remoueo seu pello ꝓhibens per iniquitatem: cum malo animo impetro: sed non per iniusticiam/ ⁊ sola iniusticia obligat ad restitutionē. ¶ Si scōm principale puta si dat cautiones quare punit populus pro scelere alieno/ vt peccatum vnius etiam alios ad penam iuoluat/ hoc fit duplr/ videlz ꝓ viam meriti/ qz videlz diuinā maiestatē offendēs puocat. sicut iniuriā faciēs terreno principi/ illū puocat ⁊ inducit bello patriā ipetere/ sic offensā patris vidicat i filios: ⁊ iniquitatē vni⁹ socioꝝ i re cōi vtriusq̃: hoc mō vastate fuit merces ⁊ naues omnes Josaphat ꝓpter socy scelera videlz Ochosie. 2 paralipo. 20. Secō fit per viā iusticie: ⁊ precuz seu ipetrationis. Et hoc iterū duplr. Prio ipetrādo ⁊ petendo id in quo pplus damnificabit/ nō tñ ex itētione damni alterius/ De hoc. 1. Re. 8. petentibus regem predixit dñs ius regis/ ius inq̃z vsurpatiuū seu ius cogēdi: q̃ tollet filias ⁊ filios agros vineas ⁊ oliueta vestra tollet ⁊ dabit seruis suis: in qua abiectione dñi ⁊ ꝓfectione regis gens tota dānificata fuit: ⁊ videntē talia orātes teneri: sicut medicus Antidotum cōsulēs ꝓ iperitiā vñ corp⁹ vel mēbrū lediē: ⁊ iuris peritus i quo cā pditur. Secō ex itētione ⁊ aio dānificādi ⁊ maledicēdi alteri/ vel orando q̃ dominus ei aduersē ⁊ ifortunet. ¶ Circa hoc membrum pono hanc conclusionem. Ds pro cuius peccato innocēs a deo percutit: siue per viam meriti siue per viam instantie ⁊ precum/ tenet de omni dāno q̃ deus ꝓ eius pccō innocentibus seu innoxys infert: ꝓbat/ qz ille pro cui⁹ offēsa ppls inocēs bello ipetit/ tenetur de ōni damno ppli innocentis. nā ppls inocens iniuste patit quātis princeps pplm talez iuste iuadat pro offensa rectoris vel forte principis seu ducis eorum: ⁊ qz iniuste patit oportet assignare a q̃ iniuste patiat/ ⁊ ē nō ille q̃ ex causa iusta bellū mouet/ sed is qui causaz dedit pro q̃ bellū iferī/ g̃ filr is ꝓ cui⁹ culpa inocens ppls a deo damnificatur ⁊ plagis atteritur) tenetur populo inocenti de omni damno. ¶ Preterea qui canez irritat ⁊ efficit vt aliuz mordeat/ q̃uis tñ ad manū nō tenuerit: ad min⁹ tenetur in factū actione/ imo ⁊ dño illius serui q̃ morsus ē tenet. l. aqlia. vt ē text⁹ i lege. Itē mela ff. ad. l. aquiliā/ g̃ q̃ irritat deum ⁊ prouocat vt ei⁹ pctō etiā inoxius puniat tenet de dāno innocenti illato. Qz autez maledicendo vel orādo aliquotiēs ipetremus innoxys dāna inferri videt. quia de⁹ ad ꝓbā seu ꝓ virtutis exercicio nōnunq̃z aufert sanctis hominib⁹ temporalia bona ad conseruationem humilitatis: vel meritorum augmentum: ergo ni

bil prohibere videtur quin aliquotiens id faciat.audiens malorꝫ petionem vel imprecationem seu maledictionē/sicut ⁊ pro offensa malorum iustos damnificat/semper tñ ad iustorum vtilitatē spūalē. Et istud exemplariē contigisse videtur Job primo/ ꝙ ad petitionē demonis Job in substātia fuit pcussus. ⁊ Math.8.demonibus petētib⁹ cōcessit ire in gregem porcorum:sup quo dicit glo.nisi ḋs more porci vixerit dyabolus non accipit in eum potestatem /nisi forte ad probandum: ergo ad probandum bene accipit.⁊c.

Sed ꝙ non teneatur ad restitutionem qualitercūq; apud deum cām dederit punitioni seu damnis iustorꝫ/ fortissime probatur hoc medio. Qualitercūq; quis effecerit apud terciū vt solam gratiā substrahat:non obligat ad restitutionem: vt patet quocunq; animo effecero apud Petrum vt repetat a Joanne mutuum vel commodatū/non obligor Joanni ad aliquā restitutionem. Sed a deo(vt supra argui)oia vt gratiam possidemus:⁊ q̄ si mutuum nobis creditum:g̃. Et confirmatur/charitatis est si quis sciat deum innocentibus penam seu damnū decreuisse/ orare ⁊ velle vt in hoc dei voluntas fiat:iuxta doctrinam Salua.in oratione dñica/fiat voluntas tua.⁊c. Math.6. Huius exemplum habemus actuum.21.prophetante Agabo/hec dicit spūsanctus.viruꝫ cuius est zona hec sic alligabunt in Jherusalem iudei:⁊ tradent in manus gentiū/cunq; rogarent Paulum discipuli ne in Jherusalē ascenderet/quid facitis inquit flentes ⁊ affligentes cor meum: non soluꝫ alligari in Jherusalē:sed mori paratus sum pro noīe dñi mei Jhesu/hoc audito quieuerunt: dicentes dñi voluntas fiat. Sed que predestinata sunt precibus futura: siue ante prenunciationem fuse preces fuerint siue post fūdātur:eque deus illa propter preces facit.23.q.4.obtineri/ g̃ licet orando procurare vt innocens qualis erat Paulus plagis afficiatur ⁊ damno/ ⁊ per cōsequens ex hoc ad restitutionē non obligatur. Secū do confirmatur/ qꝛ angelus princeps persarum restitit apud dñm angelo directori plebis israhelitice.21.diebus:⁊ tā valide vt nullus ei assisteret ex principibus: q̄ Michael princeps iudeorꝫ solus. Danielis.10.g̃ licet ī pedire apud dñm relaxationem populi innocentis (iniusta captiuitate detenti) ⁊ pari modo licet captiuitatē procurare ⁊ damna.

¶ Respondeo/ ad primuꝫ dico primo/ ꝙ regulariter dñs punit peccata:plagā per boēs inferendo/ qui damna ⁊ mortem iniuste inferunt/vt patet in bellis innumeris quibus attriuit populum Israel:⁊ seruitute qua illū pressit in Egipto:tandem visitans super his quorum ministerio vsus/populū percussit ⁊ attriuit.de hoc Esaie.51.in fi.⁊ Geñ.15. q̄q̄ igitur deus per se auferendo censeretur solam gratiam auferre/ nihilominus quibus vt ministris vtitur/ꝫ iusticiam quod innocētum est auferunt:⁊ sic petō nostro damus in hoc causam iniuste dānificationi. Et idez est cum a diabolo fit/dño non mādante:sed pmittēte. Et est intelligendū/ꝙ deus sic adducendo oppressores advindicādū alterius gētis petā non immittit eis propositū seu volūtatem malā:sed magis inflectit/vt cum proposuerint sibi velle subiugare alios. faciant hoc de populo cui est infensus/vt quo ad primam voluntatē malam fit permissiua causa tñ:sed quo ad inflexaz positiua/quemadmodū si ego hoiem qui proposuit interficere regnum anteqū panē sumat aut potum:ego orem vt laycum non sacerdotē occidat:aut turcā ⁊ non christianū. ¶ Scdo dico/suppo namus deū per semetipsum damna inferre vt videtur dum continet pluuiā:vel bladorꝫ modicū germē cōcedit:vel qꝛ parum farine continet modici valoris est: quāq̄ ⁊ hoc de monū ministerio frequenter fiat:quō ⁊ Job a demone ī tota substantia lesus ē. Hoc supposito dico/ꝙ deus infert iustis damna p se ipsum duobus modis. Primo propter solā vtilitatem ipsorꝫ:ad probandum vel humiliandum/⁊ fit per viā subtractionis gratie :⁊ qui orando daret causam apud deum vt sic fieret nō obligarē restituere: Scdo modo fit per viam commutationis vel per modū punitionis ⁊ vindicte:puniendo videlicet in eis peccatum consocy:vel cognati:aut superiozis/vel alias affectu vel loco coniuncti. ⁊ possumus hunc moduꝫ appellare viam belli/⁊ sic perinde est acsi terreno principi causam belli dedisset:vnde innocentes grauantur ⁊ de hoc secundo modo procedit conclusio. Et consimiliter dicendum est si ponatur deum per alios facere de suo mandato/ vt per sanctos āgelos vel homnies bonos: immo ⁊ de primo modo multi dubitarent. Sunt enim bea. Thōs. Scotus Richardus Palude ⁊ plures aly in ea snīa/ꝙ impediēs alium a promotioue ad beneficium vel officium/si faciat animo nocendi tenetur ad restitutionem. Secus si animo consulendi sue vtilitati vel indemnitati: sed de hoc dixi ali

bi:in materia restitutionū.satis est proposito nostro:cum aufert non quasi gratiaz/sed in vindictaz pro peccato:q̃ perinde tenetur ac si gratia nō esset/ꝛ perrarum est q̃ in tali dānificatione nō vtatur medio demonum vel hominum iniuste damna inferentiū de permissione dei:ꝛ non mandato. ¶ Ad primaz confirmationem dico/q̃ aliud est ante prenunciationem vel etiam post dare causam/quare velit deus innocentem affligere seu dāno afficere/qd̄ nō licz:sicut nec manu sine dei mandato damna ipsa vna cum deo inferre: aliud est orare/vel potius assensum adhibere ꝛ hoc expetere/vt voluntas dei in omnibus fiat. ¶ Fortes obycies de Delya qui oratione effecit vt non plueret super teraz annos tres ꝛ menses sex/in quo plures iusti pro alieno scelere videlicz ipsius domꝰ Achab puniti sunt:de hoc Jaco.vlti.ꝛ.3 Regū.17.similiter orauit.si homo dei suz descēdat ignis de celo ꝛ deuoret te. ꝛ quinquagīta tuos/quod ꝛ vsq̃ in secūdam vicem factum est.donec tercia veniēs curuaret genua sua ante Delyam/ꝛ peteret vt misereretur aie sue:in quo videntur innocentes etiā aliqui cōsumpti.de quo.4.Reg.1.Et.2.Regū.24.pro peccaco numeratiōis populi quod Dauid cōmiserat:data est Dauid optio triuz penarūm:vt vel septem annis esset fames ī terra:vel tribus mensibus fugeret aduersarios.nec posset resistere. aut trib⁹ diebus angelus dñi peste cederet populum/ꝛ quod illorum eligeret fieret/ꝛ elegit terciuz/in quo multos innocētes fuisse occisos appet ex ꝗ q̃ orās dñm dixit. Ego sum qui peccaui.isti qui oues sunt quid fecerunt:vertatur obsecro manus tua ō me.ꝛc.ergo licet oratione dare causam diuine volūtati ꝛ nō solum cōcomitanter:sed antecedenter p̃ viam causalitatis /q̃ꝗ̃ tempore semper posterius quā innocentes damnificentur. Respōdeo/ hec solum probant/q̃ de voluntate ꝛ assensu domini licet orando dare causaz dāni vel mortis innocentuz/imo sic liceret velle ꝛ manu interficere:vt in exemplo Abrahe qui iussus fuit offerre Isaac.gen.22.secus si oratione peccaminosa vel maledictione nitamur innocentis procurare damnum/vel mortez ꝛ nō fundimus ex iusta causa/puta qꝛ videmus deum velle vt oremus. Vel quia verisimiliter timemus:nisi innocens in malorū societate fuerit temporaliter cobercitus/seductus eoꝛ suasioni acquiescet ad malum/quo casu licet mihi orare id/sed nō manu inferre sine spēali assensu dei vel mādato: sed difficultas nostri articuli de hoc est qn̄ deus innocentem punit pro alterius pctō/an is q̃ deum offendens prouocat/teneatur damnorum que innocentes patiuntur pro eius peccato. Ad secūdam confirmationē de angelis vt habet magister sniarū.45.dist.4.adeo sunt superne veritati addicti. vt nihil absolute velle queant quod non prius diuina dicerunt voluntate implenduz/ eoꝛ ergo resistere est merita plebis hinc inde in conspectu dei adducere/ꝛ super adductis diuinā voluntatē ꝛ bonitatem q̃d debeat fieri/ꝛ solere Etiā licet in illa captiuitate iniusta quidā innocentes detinerētur vt Daniel ꝛ alij/ quia videbāt illis esse ad augmentū meriti/iusta ꝛ vera charitate poterant orare/vt sic detēri gloriosius triumpharent/ꝛ sic nō tangit presentem difficultatem que est dū quis suo peccato alium ad penā inuoluit. Etiā qui iusta ꝛ licita ratione dat causam dānis alioꝛ etiam que iniuste per alios malos vel demones inferuntur/qꝛ ipse non iniuste damnificat/ nō tenetur damnoꝛ/secus cum dat iniustā causam/sen cum alios innocentes ipse damnificat iniuste. Si tercio modo puta scelere suo est causa quare mixtim punitur populus p alieno ꝛ proprys peccatis:coniunctim sciliz pro vtriscq̃z. Et videbitur fortasse insolidum populo ad damnorum reparationē teneri. Qꝛ non est distinguere aliquam partē damnoꝛ//cuius suum peccatū non sit causa/sicut in tractu nauis non est assignare aliquā partem motus quin procedat causaliter a quolibet trahentium licet vt partiali causa: Jaz cum aliquis est causa totius damni tenetur in solidum de damno etiam si sit causa partialis tantum/vnde si vnus cōmittat primo offensaz in principē que sit iusta cā belli/ꝛ de inde alius consilez ꝛ atteritur vtriusq̃ offensa populus/q̃libet in solidū tenetur de oi dāno.vnde in.l.vulgaꝛ in.§.si duo.ff.de furtis ōr/q̃uis singuli tignū tollere nō potuerūt:qꝛ p parte singulos furtū fecisse dici nō potest/ totius furti singulos reos teneri/hic ī.c.sicut dignū de hoicidio doct.tradūt theoricā: Qꝛ consilium peruagatur omnem partez damni/non autem cooperatio: is qui consulit tenetur de omni damno/cooperans autez de ca parte damni solum quā intulit/ergo similiter in proposito:qꝛ crimen istius sua causalitate peruagatur omnem partem damni/sequitur q̃ in solidum de toto tenetur: pro eodem facit q̃ si plures trabem deiecerint ꝛ il

la aliquē oppresserit/omnes tenētur.l.aquilia.l.item Pela.§.si plures.ff. ad legem aquiliam. Nec obstat si dicas hoc in iure ciuili ōrationez pro cōi vtilitate receptum:vt de ꝑest textus in.l.ita vulneratus.§.si illud vnicum/pro exemplo tradens cum plures trabem alienam furandi causa sustulerint quā singuli ferre non possent/furti actione omnes teneri. Quāuis subtili ratione dici posset neminem eoꝝ teneri/qz neminem veruz fecit eam sustulisse:iam quod contra rationez pro communi vtilitate receptū est in aliquo casu/nō debet maxime in foro conscie vltra proprios terminos extendi/vt hic fieret/ extendendo ad ablationē boni aie: quod efficaciter nō aufertur maxime cum solum per nicie exempli aufertur. Primo/qz multis videretur Julianus nō recte exemplificasse/cū aliud sit sustulisse seu abstulisse: aliud solum abstulisse.sicut aliud est dictum Joannes trahit vel pellit nauez/z solus trahit vel pellit/ alias nullus equorū diceretur trahere currum sed tm̄ omnes simul. Sed istud est non satis reuerēter sentire de iuris prudentibus Ideo aliter dico/q̄ in penalibus ad rigorez z subtilem rationē inuestigandi strictior debet fieri interpretatio tanq̄ꝫ in odiosis:q̄ꝫ in alys/iuxta regulā odia:in sexto z notata doctoꝝ ibi.iam actio furti est penalis/z ergo licet vnus satisfecit:alius non liberatur/vt cō similiē in actione legis aquilie.l.item mela .§.sed z si seruum/secus in actione rei persecutoria vt in condicione furtiua.C.de condici.fur.l.1.z ibi vide Lynuz. In proposito autez loquimur in casu persecutionis rei:puta damni illati:ita videretur in solidum teneri is qui causa est vt mixtim populus pro suis proprys peccatis puniatur z cuz hoc pro scelere illius. Sed subtilius intuēti facile est deprehendere q̄ istud in casu nostro non procedat/qz licet socy simul auferentes trabem quilibet in solidum teneatur damnificato/tm̄ restitutione facta per vnum/ aly complices nō tenentur illi qui restituit totum reddere. sed vnusquisq̄ꝫ pro rata.si fuerint sex:quilibet sextam partem . si tantum duo quilibet medietatem. Sed in proposito sunt socy in causalitate damni illati : ideo non tenetur illi insolidum/ sed pro rata causalitatis si fuerit medius causando/ obligatur ad medium restituēdum. Quod sic deduco/ quia ponamus euz restituisse totum damnum/z alius recipiens fuit media causa tenetur medium illi reddere:ergo ab inicio non obligabatur naturali iure nisi medium restituere. Item ponamus q̄ vtrumq̄ꝫ deus equaliter puniat pro suo z alterius scelere/neuter alteri tenetur.z iuxta naturalē equitatem si scelus vnius sit potior causa damni:id est plus ad hoc faciens.tenetur ad proportionem illius quanto plus dedit causam alteri reparare/vbi gratia totius damni vtriusq̄ꝫ/scelus Joannis est causa vt duo. z scelus Petri vt vnuz/Joānes tenetur Petro reparare vnā terciā partē sui dāni:vnde sicut q̄ fortiꝰ trahit quantum duo aly:iuxta naturalem equitatem meretur z debet habere mercedē duorum:sic is qui est causa damni duplo/ comparatione ad socium: tenetur duplo plus q̄ꝫ socius/ita q̄ contribuendo ad restitutionez cuz socio ipse deberet duplo plus dare q̄ꝫ socius. Ex hys patet q̄ is q̄ scelere suo dat causam vt populus mixtim puniatur/non tantum pro scelere eius quod est populo alienū sed vna pro proprys criminibus:tenetur populo reparare partem damni proportionabiliter ad gradum causalitatis:si peccatū suuz fuit media causa/medium/z sic proportionabiliter. Et hoc procedit quādo non fit reciprocatio/vt ipse etiaz puniatur seu damnificetur pro peccatis populi. quia si mixtiz duo sint inuicem cause plage seu damnificationis z eq̄liter:neuter alteri tenetur:si vnus plus altero:iuxta hoc proportionabiliter ad aliquam reparationem tenetur. Et possent ex dictis pulcherrime propositiones z varie inferri sed transeo properans ad alia..

¶ Sed obyciet fortasse aliquis/ stat illū pro cuius scelere populus plaga percutitur mixtim vel solitarie peccasse vnico peccato:puta blasphemie:zodomie vel huiusmodi/ergo nō obligatur populo ad aliquā restitutionem. Consequētia tenet/quia sola iniusticia obligat ad restitutionem/z sic preter peccatū blasphemie vel huiusmodi debuisset etiā committere culpam iniusticie. Et confirmatur/qz si obligaretur restituere:esset ex eo qz causam dedisset damnis populi/sed hoc nō: qz sancti angeli sepe instant ad dn̄m vt puniantur indistincte homines pro peccatis maloꝝ qui palam z quasi ad spectaculuz peccare non verentur:z idem in sanctis hominibus/sed illi nō tenētur ad restitutionē:z dāt causam illis damnis sicut consulentes vel p̄cauentes nec obligantur:ergo nec scelus vel peccatum admittens. Idez potest persuaderi de inflectente animum eius qui vult subiugare sue ditioni populū vt prius vel potiꝰ

francos inuadat: q̃ nostrates. qui ex hoc nõ
videtur obligari ad restitutionem/ q ozãdo
vel ex aliqua causa ⁊ ratione ad hoc psuadẽ
do induxerit seu iflexerit/etiã si prius ferme
ꝓposuerit nr̃ates inuadere/ g̃ silr nec is p c⁹
scelere. ¶ Preterea si ex hoc obligaretur aliq̃s
ad reparationem damnoꝝ/ qz pro eius scele
re mixti vel solitarie populus plagatur: seq̃=
retur hec absurditas: q quicũq; peccauit ali
qũ mortaliter deberet dubitare an esset obli
gatus ad damnoꝝ reparationẽ: seq̃la proba
tur/ qz incertum est an pro illo pctõ solitarie
vel mixti deus plagam illã infert. Et absur
ditas probatur/ qz sic nullus taliũ vere peni
teret sine restitutione/ qz in probabili dubio
nemo potest sine discrimine partẽ illam que
certa est dimittere/ partẽ dubiam amplectẽ
do. ¶ Nam iuxta maximã doc. qui se exponit
discrimini pcti mortalis/ eo ipso peccat mor
taliter. Et confirmatur/ qz constabat Dauid
plagã grassari in populo pro pctõ quod com
misit in numerando populũ/ vlpz. 2. Re. 24.
⁊ non legitur quamcunq; de hoc populo fe/
cisse restitutionez: quãuis tñ confiteretur po
pulũ insontẽ esse/ petens propterea manum
dñi in se conuerti ⁊ domum patris sui. g̃. ⁊c̃.
Scõo confirmatur: qz sic q̃libet pctõrũ ĩ tpe
belli vel alterius plage teneretur propter du
biũ alteri ad repationẽ damnoꝝ. ¶ Preterea
cũ populus mixti pro alieno ⁊ proprys pctis
percutitur/ precesserunt sufficiẽtia pctã pro q̃
bus eadẽ damna populo intulisset quãuis p
us suum scelus nõ admisisset: g̃ tunc nõ ob
ligatur ad restitutionẽ. ꝛ ñia tenet qz tunc ea
dẽ dãna equaliter populo obuenissent/ sicut
fur eque suspensus fuisset quãuis non adie=
cisset furtũ furtuz. Ad ista respondeo/ ad pri
mum nego ꝛ ñiaz/ ad probationem ꝛ ñie dico
q ad ꝯbenduz obligationẽ restitutionis nõ
requiritur pctñ iniusticie/ imo potest ꝯbi si=
ne quocunq; pctõ: vt patet in cõmodatario
qui tenetur rem cõmodatam que sua leuissi
ma culpa peryt vel perdita est restituere/ ⁊ il
la leuis culpa ciuilis sepe est sine pctõ: cuz sit
deuiatio ab ea diligentia quã diligẽtissimus
adhibuisset euisdẽ condicionis ⁊ professõis
vnde ad ꝯbenduz obligationẽ restituẽdi nõ
req̃rit peccasse p iiusticiã/ sed sufficit dedisse
cãm lesioni quã ius facere nõ habuit. Ad cõ
firmationẽ dico/ q dare cãz lesioni seu dãni
ficationi etiã iniuste eo modo quo ius faciẽ
di habet ⁊ ei licet: nõ inducit restituendi ob
ligationẽ/ vt si volentẽ pauperẽ ⁊ iustum spo
liare induco/ ⁊ euz prece vel suasu hortor/ vt
potius tantumdẽ a diuite auaro ⁊ abutente
diuitys capiat/ ⁊ si oĩno belluz mouere: mo=
ueat hys qui deum non timent: ⁊ passim ali
os oppꝛmunt/ federa non tenent. ⁊c̃. silr vult
boĩez iterficere ⁊ sic facultates eius rapere/
ego illi porrigo funes ⁊ iuuo ligare vt sic vi
uum depredetur ⁊ non moriatur. Sed dare
cãm dãnificationi vel lesioni vbi vel qñ vel
per que ius faciendi non habet/ obligationẽ
restituendi inducit ⁊ sic est in proposito: vt is
q̃ suo pctõ vel offensa dat principi cãm mo=
uendi bellum in patriam. Ad scõaz nego se
q̃lam. ⁊ ad ꝓbationem rñdeo: quãuis non
est certuz certitudie euidẽtie/ bñ potest tñ ho
mo de hoc certus esse certitudie probabilis
coniecture: ⁊ sufficit vt sine pctõ omittat resti
tuere que vere aliena sunt/ sic de repertis in
domo vl̃ hereditate eius cui succedimus ni
hil dubitamus: ⁊ tñ frequẽter multa aliena
illic inter alia detinẽtur/ imo interdũ beredi
tas tota fuit nobis inscys a patre iniuste oc
cupata/ ⁊ tamẽ sine peccato illa nec restituẽ
do nec dubitãdo an sint restitutiõi obnoxia
tenemus. Et per hoc exclusum est fundamẽ
tum argumenti de maxima doctoꝝ quo ad
discrimẽ propter dubiũ. Sed qui cõmittunt
g̃uioza/ blasphemias/ zodomiaz/ homicidia
innocentum/ ⁊ oppressiones viduaruz ⁊ pu=
pillorꝝ propter que manus dñi cõsueuit mũ
dum plaga tangere/ vt in auctentico vt non
luxurientur boĩes ꝯ naturã/ debẽt sibi formi
dare ac dubitare/ q causa sint damnoꝝ quã
do alys iniusie patiuntur. Silr qui negligenẽ
exercet spiritualem miliciã/ maxime qui pa
stor est cõstitutus potest verisimiliter certus
esse vel probabiliter dubius q plaga gras=
satur in populum/ quia est indefensus quia
stipendiati diligentiam defensionis non ad
hibent. Gateor tñ q in dubio probabili non
statim teneatur totum restituere: vt in pro=
posito omne damnũ illatuz. sed debet ad mi
nus rem graciose componere/ quemadmo=
dum si aliqua certo contractu acquisierit/ de
quo post intelligi probabile dubium esse ⁊
fortasse problema neutrũ an sit contractus
vsurarius/ vel dubitat ex probabili causa: an
pater bello iusto vel iniusto aliqua conquisi
erit/ vel alias per oppressionem iniusticiam
vel concussionem/ quãq; sine causa de parẽ
tum conquisitione nemo dubitare debeat:
Ad confirmationem de Dauid/ quãuis re=
parationẽ populo fecisse non legitur: non ta
men credendus est eaz omisisse/ sicut nec de
Uria iniuste occiso parentibus vel prolibus

per mortem eius damnificatis. ¶ Ad scōas cōfirmationē patet ex dictis/ꝙ nō q̄libet bz sibi dubiū formare/ꝙ suo peccato sit cā belli/ vel alterius plage in populo. ¶ Ad tercium: nihil refert an ppē alia peccata ppls passur? fuisset eadem damna/ qm̄ etiam nunc propē scelus Petri/ vt si duo offenderit regem pro pter quorum offensas belluz erat moturus. ⁊ quia ego tercius consimiliter offendo/pro pter tres offensas facit/ego teneor eque vt p̄ mi/exemplum:duo habebant trabem furtiuam in humeris/ego etiam appono manum:⁊ tene.. vt alij de furto.

Tercio inquirendum est/ an is cuius peccato alij sunt scandalisati seu ad peccatum iducti:possint non reparato prius anime damno vere penitere. Et videtur ꝙ sic. Primo/ quia obligamur solum ad restitutionem ei cui substractū est aliquid inuito. Nam ex hꝰ peccamus per iniusticiā auferendo vel detinendo bona fortune alterius/qz id facimus eo inuito:qz de eius assensu ⁊ voluntate capiens vel detinens nullam iniusticiaz facit/ sed quicūqz peccat/volēs peccat ⁊ non inuit⁹. Unde Ambrosi⁹ de vita beata probat non posse hoiēm culpam suā alteri ascribere/qz nemo nostrum tenetur ad culpam nisi ppa voluntate deflexerit.non habent crimen q̄ inferūtur reluctātib⁹:volūtaria tm̄ cōmissa sequit delictoruz inuidia.⁊c.15.q.1.. Non est. Et ꝓm philosophum.2. ethicoꝝ. Ridiculū ē accusare externa/⁊ nō seipm potius qui ab hys facile capiat. Etiaz Chysosto.snia est ꝙ nemo leditur nisi a seipso. Adamas inquit malleis cesus non infringitur/ita q̄ a semet ipso nō leditur etiā si tundeatur ab alys nō potest ledi. ¶ Preterea scienti ⁊ cōsentienti non fit fraus neqz dolus vt est regula iuris libro.6.g̃ nec iniuria/tūc vltra/ Nō obligamur restituere alteri nisi p iniusticiaz leso ⁊ cui iiuria fit nō restituēdo.nam si aliū indu/ cam prece vel precio vt amputet sibiipsi manum/nō teneor illi ad aliquā restitutionem. g̃ non obligamur ad restitutionez illi quem exēplo peccati ad peccandū induximus / ex quo volens sibiipsi nocuit. ¶ Preterea tcio Nemo tenetur de hoc qō occasiōe accepta non data actū suum seu factuz cōseqtur/sed ꝙ publice peccantez qm̄ alios non hortatur neqz laborat ad peccādū inducere/ alij imitentur peccādo:est p occasionē acceptam ab alys ⁊ nō datam a peccante. g̃. Maior pz p illd apli.2.ad Corint.5. Christi bonus odor sumus in hys qui pereunt ⁊ in hys q̄ salui fiunt/alys odor vite i vitā/ alys odor mortis in mortem. Nō esset aūt aplus i hꝰ Christi bonus odor:si rīdere deberet de hys q̄ p occasionez acceptā sequūtur. Etiā ad Rō.7. Occasione accepta peccatum per mandatū operatum est in me omnem concupiscentiā Et de Christo dicitur Esaie. 8. ꝙ erit in lapidem offensionis ⁊ in petraz scandali/⁊ in ruinam ⁊ laqueum habitantibus in Jheru salem. Et minor probatur/ quia nisi per occasionem acceptam ⁊ non datam quis imitaretur aliozuz peccata/non liceret historias facinorosorum hominū conscribendo posteritati memoranda tradere:ex quo illozuz eqz vt viuorum hominum imitātur exēpla/ qō ineptum ⁊ blasphemum est de scriptura sacra suspicari vl sentire. ¶ Preterea. 4.cōsulens alteri facinus seu peccatum ad nullam obligat restitutionē. ergo multo min⁹ is cuius exemplo forte contra eius volūtatē vel preter/alius inducitur ad peccādū. Ans patet quia ex cōsilio nemo obligatur nisi sit fraudulētū vt est regula iuris libro.6. Nullus ex consilio. Et quāuis ex consilio fraudulēto super ōctu consulēs tenetur ōbēti:tm̄ ōsulens maleficiū non tenet facienti seu cui consulit/sed ei contra quem consiliuz dedit: vt super dicta regula dicit glosa/⁊ sequūtur omnes doctores. Primo quia scire debebat id sibi non expedire:iuxta.l.2.in fine.ff. mandati. Secūdo/quia ex improbitate sua nullus consequitur actionem.ff.de furtis l. itaqz fullo. Preterea quito probatur hoc deducendo ad duo inconuenientia. Primum quia si teneretur ad restitutionem illi quez exemplo peccati traxit ad culpaz/teneretur illum reducere a peccato/⁊ si non posset teneretur ei in alys recōpensare/nam si tibiā alterius rupi:quia restituere non possum/teneor ad aliam recompensam/sed hoc est absurdissimum:vt ei propter obstinationem:⁊ quia reduci non potest obligarer in bonis fortune recompensam facere/Etiam non videtur qua recompensa ei satisfieri deberet. Secunduz inconueniens est/ꝙ aliquis post mortem ⁊ veram penitentiam posset incipere esse obligatus ad restituendū/si tunc primū incipiant peccando eum imitari. ¶ In oppositu est illud Anacleti:deteriores sunt qui doctorum mores vitamqz corrumpunt hys qui substantiam aliorum prediaqz diripiunt qz illi que extra nos sunt auferunt:isti nosipsos decipiunt ⁊ corrumpunt.6.q.1. de

A teriores. ¶ Pro huius solutione pono duas propositiones. Prima est. Exemplo efficacius alios corrumpimus: cū doctrina vel consilio. Patet: nam vt refert phūs. 10. ethicor. quidam opinati sunt vtile ad vitam docere q̄ omnis voluptas prava sit/ quia plerique ad voluptatem inclinantur: ⁊ voluptatibus inseruiunt: ⁊ hos oportere ī contrariū ducere: nam sic erit ad medium deuenire. phūs probat hanc doctrinam non esse vtilem ad vitam seu mores bonos/ nam qui de affectib⁹ tactibus habentur sermones: minorem fidem habēt cū opera: quando igitur discordant ab hys que secundum sensum sunt: spreti atq̄ reiecti: etiam verum insuper interimunt. Qui enim voluptatem vituperat si qī deprehendatur illius appetens: ad illam inclinari, videtur/ quasi talem omnem existentem: nam diffinire. id est discernere non est multorum/ concludens. q̄ sermones qui veri sunt non solum ad sciendum sunt vtiles: sed etiam ad viuendum: quia consentanei operibus fidem habēt: quapropter prouocant intelligentes viuere ſm illos: q̄ exemplum facti efficaci⁹ docet ⁊ inducit cū doctrina vel consilium: hinc Mathei. 23. ve vobis scribe ⁊ pharisei saluator iquit: qui circuitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnū proselitum: ⁊ cum factus fuerit: facitis eum filium gehenne duplo plus cū estis vos. glo. interl. dum viderit vicia vestra factus proselitus reuertitur ad gentilitatis errorē/ pro preuaricatione maiori pena dignus/ ⁊ Hier. cū eos videt opere destruere quod verbo docebant: reuertitur ad vomitum ⁊ fit duplo gehenne filius: cum fuerit nñ semel: ⁊ Scne. septima epistola ad Luciliū docet pro conseruanda virtute ⁊ acquirenda/ turbā seu multitudinem hominū fugiendā esse: nam quod egris euenit quos longa imbecillitas vsq̄ adeo affecit: vt nus/ cū sine offensa proferātur/ hoc accidit nobis quorum animi ex longo morbo inficiuntur inimica est multor conuersatio. Nemo nō aliquod nobis vitium aut accōmodat: aut ī primit: aut nesciētibus allinit: vtiq̄ quo maior est populus cui ꝯmiscemur hoc periculi plus est. nihil enī tam damnosum bonis moribus: cū in aliquo spectaculo residere: tunc enim per voluptatem facilius vicia surrepūt: quid me existimas dicere/ auarior redeo: ambitiosior: luxuriosior: imo vero crudelior ⁊ ī humanior/ qr inter homines fui/ infra: subducendus est populo tener animus ⁊ parum tenax recti: facile transitur ad plures. Socrati/ Catoni/ ⁊ Lelio excutere mentem sna dissimilis multitudo potuisset/ adeo nemo nostrū q̄ maxime cōcinamus ingeniū/ ferre īpetū viciorum tam magno comitatu veniētiū pōt/ vnum exemplum aut luxurie/ aut auaritie multum mali facit/ cōuictor delicatus paulatim eneruat ⁊ mollit/ vicin⁹ diues cupiditatem irritat/ malignus comes quāuis candido ⁊ simplici habitu rubiginē suā affricuit. quid tu accidere hys morib⁹ credis in quos publice fact⁹ ē impetus. Ecce efficaciam exēpli/ cū magna vi trahit ad imitādū: vt etiā Catoni mentē suā dissimilis multitudo excutere potuisset/ hinc Hieronym⁹ ad agonē iā tendens: id fratribus dixisse legitur. nil tā nocet homini cū mala societas/ talis hō efficit qualium societate fruit/ nūq̄ agnus cū lupo habitat/ vir vero castus societatem luxuriosi fugit/ plusq̄ ipossibile puto virū diutius in bonis pmanere opibus: qui mala assidue cōuersatiōe vtit / cū sctō sctus eris ait psamista. Certe vere dicam: praro hō vel bon⁹ vel malus efficit: nisi ob societatis causam/ pueri cor tanq̄ tabula in qua nihil depictū ē fore ōr: illud q̄ qō a societate recepit vsq̄ in senectā retinet siue bonū siue malum sit/ hec ille: pro eodē seruit illud Ecclesiastici. 10. Scōm iudicem populi sic ⁊ ministri eius/ ⁊ qualis est rector ciuitatis tales inhabitātes in ea. Item puerbior. 21. Princeps q̄ libenē audit verba mendacij oēs ministros hys ipios. ¶ Ex hoc sequit/ doctor vel sacerdos vel mgr̄ publice peccās adiūgit peccato circūstantiā trahentē in aliā spēm peccati: sic duplici peccato peccat/ qr hoc nō solū ē peccare. ſz peccati peste ⁊ fetore inficere alios ⁊ corrumpere: ac contra beatitudinis fundamenta in cathedra sedere pestilentie/ patet per glosam super verbo Esaie. 3. Peccatum suum quasi sodoma predicauerunt nec absconderūt/ peccatū suū sicut sodoma pdicat nec abscondit: qui peccati sui exemplo tāq̄ fetore alios corrumpit. Item Hieronymus exponēs illud Mathei. 23. Ue vobis scribe ⁊ pharizei ypocrite qui clauditis regnū celorum ante homines: vos ipsi non introitis: ⁊ introeuntes nō finitis intrare/ omnis magister qui scandalisat malis operibus discipulos suos claudit ante eos regnum celor. Preterea ratione probo/ quia si opere alias licito minus caute facto/ corrūperet primū siue induceret ad peccatū/ peccaret mortaliē: q̄ multo magis si id facit ope dānato. Ānis pz qr scōm Aug. qui per aliquam negligē-

B

